

**4° M 206 (2,I,2,I)**

**Hanovre**

**Anonyme ou Collectif**

***Monumenta Germaniae historica***

***Leges nationum germanicarum***

MONVMENTA

*Ummog resp. edicent  
De 11. 1812.*

M  
206  
II, 1-

# GERMANIAE

## HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO  
VSQVE AD ANNVM MELLE SIMVM  
ET QVINGENTESIMVM



EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS  
RERVVM GERMANICARVM MEDII Aevi.

LEGVM. SECTIO I.

LEGVM NATIONVM GERMANICARVM

TOMI II. PARS I.

---

HANNOVERAE  
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI  
MDCCCXCII.

MONVMENTA  
GERMANIAE  
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO  
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM  
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS  
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

---

LEGVM SECTIO I.  
LEGVM NATIONVM GERMANICARVM  
TOMI II. PARS I.

---

HANNOVERAE  
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.  
MDCCCXCII.

LEGES  
NATIONVM GERMANICARVM.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS  
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMI II. PARS I.

LEGES BVRGVNDIONVM.

INEST I TABVLA.

4° M

206

(2, 3, 2, 1)

---

HANNOVERAE  
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.  
MDCCCXCII.

# LEGES BURGUNDIONUM.

EDIDIT

LUDOVICUS RUDOLFUS DE SALIS.



# PRAEFATIO.



## DE HISTORIA LEGUM BURGUNDIONUM.

### § 1. Introductio.

Nomine legum Burgundionum ius scriptum regni Burgundionum V. saeculo intra  
5 fines imperii Romani constituti designari solet. Cuius regni historiam nostris temporibus  
scripserunt viri doctissimi:

C. Binding, *Das Burgundisch-Romanische Königreich I.* (1868); E. Sécretan, *Le  
premier royaume de Bourgogne*, in *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire  
de la Suisse Romande* (1868) tom. XXIV, p. 1—175; A. Jahn, *Die Geschichte der Bur-  
10 gundionen und Burgundiens bis zum Ende der ersten Dynastie* (1874).

Ius regni Burgundici litteris mandatum nobis non integrum traditum est; quod  
autem traditum habemus, ea ratione disponi potest, ut prima pars librum constitutionum,  
secunda constitutiones quae sunt extra librum constitutionum (constitutiones extravagantes),  
tertia legem Romanam Burgundionum contineat. Quae quaestiones adhuc institutae sunt  
15 de iure Burgundico fontibusque iuris Burgundici, cae sive ad totam quam servatam  
habemus legum materiem pertinebant, sive primam solum et secundam partem, sive denique  
tertiam amplecti solebant. Virorum doctorum autem commentationes hoc loco hae com-  
memorandae sunt.

Ad omnes leges Burgundionum pertinent: F. C. v. Savigny, *Geschichte des römi-  
20 schen Rechts im Mittelalter II*<sup>2</sup>, p. 1—36, VII<sup>2</sup> (Merkel), p. 30—40; Eichhorn, *Deutsche  
Staats- und Rechtsgeschichte I*<sup>5</sup>, §§ 37. 44; Walter, *Deutsche Rechtsgeschichte* p. 24—28;  
Zöpsfl, *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte II*<sup>2</sup>, p. 49. 65; Bluhme, in praefatione  
editionis suae legum Burgundionum, et in *Jahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts I*  
(1857), p. 48—89, II (1858), p. 197—211, V (1862), p. 207—234; Ginoulhiac, *Des  
25 recueils de droit Romain dans la Gaule sous la domination des barbares*, in *Revue  
historique de droit Français et étranger II* (1856), p. 529—585; A. v. Daniels, *Hand-  
buch der Deutschen Reichs- und Staatenrechtsgeschichte I* (1859), p. 154—178; O. Stobbe,  
*Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I* (1860), p. 100—119; Viollet, *Précis de l'histoire  
du droit Français* (1884) p. 101—105; R. Schroeder, *Lehrbuch der Deutschen Rechts-  
30 geschichte* (1887) p. 230; H. Brunner, *Deutsche Rechtsgeschichte I* (1887), p. 332—340.  
354—458; Ad. Tardif, *Histoire des sources du droit Français* (1890) p. 124—128. 169 sqq.

Ad librum constitutionum constitutionesque extravagantes pertinent: Türk, *Forschungen  
auf dem Gebiet der Geschichte II* (1829), p. 21—58; Wilda, *Das Strafrecht der Germanen*  
(1842) p. 108; Gaupp, *Das alte Gesetz der Thüringer* (1834) p. 8; Gaupp, *Die Ger-  
35 manischen Ansiedlungen und Landtheilungen* (1844) p. 296—317; Davoud-Oghlou, *Histoire  
de la législation des anciens Germains I* (1845), p. 385 sqq.; Matile, *Études sur la loi  
Gombette (Extrait des mémoires de l'Académie des sciences de Turin, ser. 2, tom. X)*  
(1847) p. 3—16; de Pétigny, *Études sur l'histoire, les lois et les institutions de l'époque*

*Mérovingienne II*, p. 465 sqq.; *L. A. Warnkönig, Französische Staats- und Rechtsgeschichte II* (1848), p. 10; *Schäffner, Geschichte der Rechtsverfassung Frankreichs I*, p. 130; *J. T. A. Peyré, Lois des Bourguignons, vulgairement nommées loi Gombette traduites pour la première fois* (1855); *R. de Hubé, Histoire de la formation de la loi Bourguignonne*, in *'Revue historique'* cit. XIII (1867), p. 209—259; *Boretius, Ueber Gesetz und Geschichte der Burgunder*, in *'Historische Zeitschrift'* XXI (1869), p. 1—27; *Bluhme, Zur Abwehr*, ibidem p. 234—244.

*Ad legem Romanam pertinent: Barkow, Praefatio editionis suae legis Romanae Burgundionum; Haenel, Praefatio editionis suae legis Romanae Visigothorum p. XCII—XCVI; de Crousaz, Études sur le Papien* (1862); *Karlowa, Römische Rechtsgeschichte I* (1885), p. 983; *Krüger, Geschichte der Quellen und Litteratur des Römischen Rechts* (1887), p. 317; *F. Schulz, Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts* (1889), p. 119.

*Totam materiem quam nomine legum Burgundionum edimus reapse regibus Burgundionum attribuendam esse, nonnullis argumentis sat firmis comprobatur. Nam quod ad primam collectionem, librum constitutionum, attinet, Burgundio haud paucis constitutionibus aperte appellatur. Deinde temporum descriptionibus, quae in fine singulorum titulorum sunt traditae, (cfr. Lib. const. tit. 42. 45. 55. 62. 76. 79) non solum ad tempora, sed etiam ad fines regni Burgundici revocantur, atque quamquam titulo 3. nomen regis, qui constitutiones huius tituli emisit, non affertur, tamen quos 'auctores' suos legislator appellat Burgundionum reges erant, et ipse legumlator Burgundionum rex quidam cognoscendus est. Accedit quod initio primae constitutionis, qualis nuper est restituta, nomen regis Gundobadi legitur; quam primam constitutionem cum constitutionibus quae insequuntur arte cohaerere et ex verbis ipsius constitutionis § 14. et ex argumento constitutionis tituli 81. intelligi potest, quae constitutio plane ac dilucide primam constitutionem respicit. Libris denique manuscriptis et indice titulorum rubricarum et legum ordine libri constitutionum, qualis traditus est, totum opus, quae nunc est forma, simplex et unum esse efficitur. Iisdem libris opus vel capitula libri Gundebati (cod. A 3), vel capitula inter Burgundiones et Romanos (cod. B 1), vel capitula legis Burgundionum (manus recentior cod. A 4), vel lex inter Burgundiones et Romanos (cod. B 2. 4), vel lex Burgundionum (cod. B 2), vel constituta Gundobade regis (cod. B 7), vel liber legum Gundebati (cod. B 9. 10) appellatur. Quod si liber constitutionum Burgundionem habet auctorem, plane idem dicendum est de constitutionibus extravagantiibus; quarum constitutionum, quae non nisi coniunctae cum libro constitutionum servatae sunt, nonnullae nomen regis qui fuit auctor initio habent (cfr. Const. extr. 19. 20); nonnullae aperte Burgundionem ad quem lex pertinet appellant; saepe etiam has constitutiones cum hoc vel illo titulo libri constitutionum cohaerere tam manifestum est, ut ea solum quaestio existat, utrum lex constitutionum extravagantium an libri constitutionum antecedit aetate (cfr. Const. extr. 1—5). Denique non est, qui connexos esse librum constitutionum legemque Romanam negare possit, aut qui affirmare, nedum probare audeat, legem Romanam secutam non esse librum constitutionum eamque non esse quae in constitutione prima (§ 8) promissa sit 'formam et expositionem legum (Romanarum) conscriptam'.*

*Hoc etiam inter omnes homines doctos constat, non unum solum edictum unius regis Burgundionum nobis traditum esse, sed ea quae habeamus compluribus edictis constare. Etiam hoc certum est, Gundobadum eas leges quae iam exstarent colligendas atque componendas curavisse, atque postea, hac collectione edita, et ipsum Gundobadum et qui cum secuti essent reges legibus condendis operam dedisse. Vehementer autem de ea re disputatur, an Gundobadus identidem librum constitutionum tractaverit, an forte qui ei successere iterum librum retractandum curaverint, deinde quibus temporibus singulae*



*partes legum Burgundionum, sive liber constitutionum, sive lex Romana, sive singulae constitutiones conscriptae sint.*

*Ipsi Burgundionum reges singulas leges notabant verbis 'constitutionis, praeceptionis, edicti, instructionis, legis formae'; neque dubium esse potest, quin et in hac re et in toto genere singulas leges conscribendi reges Burgundionum exemplum imperatorum Romanorum imitati sint. Id in leges potissimum Sigismundi regis et recentiores leges Gundobadi regis cadit; quo iure idem de regum, qui antecesserunt, legibus dici debeat, cum codices non integri servati sint, erui iam non potest. Nomine quo totam constitutionum collectionem comprehenderent in posterioribus constitutionibus, quibus collectionem ipsam respiciunt, usi non sunt; sed ad priores eiusdem collectionis leges aliis locis aliis verbis remittunt, quales sunt: 'praecedentium constitutionum ordo, leges nostrae, leges priores, praecedentium legum statuta, lex nostra'.*

§ 2. *Liber constitutionum et constitutiones extravagantes.*

*Num Burgundiones iam ante sedes in Sabaudiam translatas anno 443. iure scripto usi sint, quamquam non ita diiudicari potest, ut omnis dubitatio tollatur, tamen, ut negemus, nonnullis rebus adducimur. Etiam si enim nonnullae leges et forma et argumento speciem praebeant antiquitatis, tamen veri dissimile non est has constitutiones tum demum litteris esse mandatas, cum desiderium legum scriptarum in dies magis magisque augebatur. Exstitit id desiderium translatis demum in Sabaudiam sedibus propagatisque regni Burgundici finibus, praecipue ob usum variumque inter Romanos Burgundionesque commercium. Neque vero diu post domicilium in Sabaudia constitutum Burgundiones iure scripto caruisse, ex eis legum statutis apparet, quas, ut libri constitutionum tit. 17, §§ 1—3, circa sextum V. saeculi decennium conscriptas esse veri simillimum est. Id quoque animadvertamus necesse est, non semel de hospitalitate inter Romanos Burgundionesque leges a regibus Burgundionum esse latus. Etiam si vix credi potest iam anno 443. de ipso domicilio in Sabaudia constituendo statutum quoddam esse editum, tamen eiusmodi leges de hospitalitate magnam in partem derivandae sunt ex propagatione regni Burgundici. Ex initio denique 'primae constitutionis' in qua 'constitutionum parentum' Gundobadus facit mentionem, efficitur eo tempore, quo Gundobadus regnum inierit, leges scriptas easque a regibus Burgundionum latus in Burgundia fuisse.*

*Artissime posterioribus temporibus cum universo Burgundionum iure scripto coniungebatur nomen Gundobadi. Cuius rei causas quaerentibus nobis fortasse considerandum erit Gundobadum plus XI. annos — diutius ullo alio rege Burgundionum — regnasse. Maioris tamen momenti est, quod Gundobadus corpus legum colligendum curavit, scilicet 'librum constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus', (quae inscriptio Burgundicarum legum collectioni in omnibus codicibus manuscriptis inditur). Quae collectio etiam si non iam Gundobadi aetate, tamen Francorum temporibus nomine 'legis Gundobadae' notabatur, posterioribus temporibus, lingua Franco-gallorum 'loi Gombette' nominata est; cfr. Bluhme in praefatione sua LL. III, p. 506, Bouquet in Rerum Gallicarum scriptoribus tom. IV, p. 252.*

*Quo die aut anno Gundobadus librum constitutionum promulgandum curaverit, traditum non est. Sed mihi quidem dubium non videtur, quin constitutioni primae initio, quo die data sit, adscriptum fuerit, sub finem, quo die et loco 'conventus optimatum' regni Burgundici habitus sit. Quo die autem prima constitutio scripta est, eodem librum constitutionum editum esse putemus necesse est. Omitto conicere, quibus de causis is versus, quo dies conventus scriptus erat, interierit, neque in exquirendo tempore, quo liber constitutionum scriptus sit, de eis quae plane certa sunt copiosius disputabo. Sunt tamen haec respicienda: Non corpus omnium constitutionum usque ad editionem collectarum, atque ad temporum ordinem compositarum est liber constitutionum, sed ex constitutionibus*

constat selectis, iis nimirum quae gravissimae videbantur iisque quae ius, quod tunc temporis ratum erat, reddebant in corpus redactis. Quod facile intelligitur ex primis verbis primae constitutionis. Deinde eae solum partes singularum constitutionum receptae sunt, quae regulam iuris ipsam continebant, omissis eis quae de causis legum latarum, de consiliis legis scriptoris agebantur, omissis eis quoque versibus quibus dies quo constitutiones datae sunt adnotabatur. Denique in libro constitutionum conficiendo etiam singularum legum emendationes additas esse ex ipsis verbis paragraphi tertiae primae constitutionis apparet.

Antiquissimae quae quidem integrae traditae sunt constitutiones anno 501. (Lib. const. tit. 42. 45) conscriptae sunt. Quarum una (42) 'aliqua ex his quae ante praecepta fuerant corrigere', altera (45) 'sceleris consuetudinem submovere' vult. Utraque constitutio in dispositionem quam supra depinximus libri constitutionum non quadrat, neque omnino perspici potest, qua re adducti ii, qui librum constitutionum composuerunt, hoc loco discesserint a ratione hucusque servata. Existimemus igitur necesse est, has duas constitutiones minores esse aetate libro constitutionum, easque edito iam libro in corpus constitutionum receptas, librumque constitutionum V. saeculo compositum esse. Quodsi constitutionis titulo 42. verba quae attuli: quae ante praecepta fuerant, statuta prioris cuiusdam libri constitutionum respiciunt, atque in posterioribus legibus legem quandam verbis: iam pridem emissa lex, vel in huiusmodi negotiis promulgata dudum lex notatam invenimus<sup>1</sup>, quid nos impedit, quominus concludamus librum constitutionum haud multo ante annum 501. esse conscriptum? Gundobadus non solum parentum, sed etiam suas ipsius constitutiones composuit. Quae collectio cum prioribus annis Gundobadi dominationis vix conscripta esse possit, primam constitutionem librumque constitutionum paenultimo vel ultimo decennio V. saeculi non sine probabilitate attribuemus. Huic nostrae opinioni non repugnat sententia viri doctissimi, in historia regni Burgundici optime versati Caroli Binding, Geschichte des Burgundisch-Romanischen Königreichs I, p. 107. 122, librum constitutionum annis 488—490. esse conscriptum. Ceterum quamquam id quomodo defendat non suspicari possumus nisi ex nonnullis operis eius locis, tamen eius opinioni nullam probabilitatem tribuendam esse nobis persuasum est. Constat vero librum constitutionum tunc temporis esse conscriptum, cum summa rerum non penes Gundobadum solum fuit, sed Gundobadus et frater Godegiselus regnum inter se divisum habebant. Quamquam uterque frater eisdem iuribus utebatur, tamen Gundobadus priorem locum obtinebat, quod, aliis praetermissis, ex ipsius libri constitutionum titulo tertio concluditur et ex eis quae scriptores rerum Burgundicarum de hac re narrant. Communiter igitur a fratribus leges latae esse, etiamsi historiae nihil prodiderunt, non licet negare, itaque res similiter atque in imperio Romano videntur sese habuisse. Librum autem constitutionum existimaverim a Gundobado solo compositum esse atque in iis tantum partibus regni Burgundici, quae Gundobadi erant, valuisse. Neque tamen verisimile est, Godegiselo anno 500. regno spoliato, illum librum constitutionum in eis regni partibus separatim emissum esse, quae in illius ditione fuerant, quamvis ibi eas ratas fuisse constat.

Edito libro constitutionum Gundobadus leges condere non destitit. Iubet enim prima constitutio iudices 'secundum leges' iudicare et id quod 'legibus non teneatur insertum' ad regem referre. Hoc fortasse causae fuit, et cur ne edito quidem libro constitutionum reges Burgundionum leges condere desierint, et cur, cum lites iudicarentur, ex causis specialibus generales regulae a legislatore derivari solerent. Huiusmodi exempla nonnulla tradita sunt; cfr. Lib. const. tit. 50. 51. 52. 75<sup>2</sup>. Ratio autem inter librum constitutionum atque leges postea latas haec erat, ut nonnullae leges novellae loco earum legum ponerentur

1) Cfr. etiam Lib. const. tit. 55: quamlibet olim fuerit constitutum. 2) Praeter ius scriptum in constitutionibus depositum ius non scriptum, sc. consuetudines, tutius patet. Quae in contextu est

quae erant immutandae vel emendandae, ut etiam leges formae et nomine singularium titulorum in librum constitutionum reciperentur, ut denique leges ferrentur, quae omnino non in librum recipiendae fuerunt; cfr. *Const. extr.* 19. 20. Quae ratio etiam a Sigismundo, qui Gundobado patri successit, observabatur; an etiam a Godomaro, qui ultimus regum Burgundicorum erat, observata sit, maxime, si *Const. extr.* 21. respicimus, dubium videtur esse.

Quod autem ad ea statuta libri constitutionum attinet, in quorum loco, ut supra explicavimus, novellae posteriores positae sunt, nonnulla eorum tradita sunt, itemque nonnullae leges ante librum constitutionum editum promulgatae. Scriptores librarii eiusmodi leges Burgundicas ad finem libri constitutionum adiungebant, primo non adnumerantes eas libro neque numeris notantes; cfr. *codices A 3. 4.* Progrediente autem tempore scriptores librarii, vim horum additamentorum ignorantes, has leges primo in indice rubricarum titulorum, ubi commemorabantur, deinde etiam in contextu libri constitutionum huius corporis titulis adnumerabant, continuis numeris eas notantes.

Eae contra leges novellae, quae ut cum libro constitutionum coniungerentur eumque amplificarent editae erant, a magistratu quodam, fortasse a cancellariis regis, libro constitutionum insertae esse putandae sunt, neque ubi collocarentur videtur voluntati atque arbitratui eorum, qui privatim librum transcriberent, fuisse permissum. Nam si ita res se habuisset, ordo titulorum legis Gundobadae non idem esset in omnibus codicibus manuscriptis; est autem nonnullis titulis, qui omissi sunt, exceptis non solum in contextu libri, sed etiam in indice rubricarum ille idem ordo.

Hanc libri constitutionum formam, qualis tradita est, novellis mutata licet librum emendatum appellare. Pristina autem eaque genuina forma neque servata est neque, quamvis diligenti hac in re collocato studio singulae fere novellae exsecantur, integra poterit restitui. Libro constitutionum comparato cum lege Romana efficitur, ordinem titulorum insertis novellis quam minime esse commutatum neque ullos titulos libri, qualis pristina fuerit forma, omissos esse. Quaestionibus autem de singulis titulis institutis ostenditur numerum titulorum pristini libri constitutionum haud magnopere discrepasse a numero titulorum nobis servatorum.

Denique, si ordo titulorum legis Romanae ordinem titulorum libri constitutionum, non, quod contrarium est, ordo libri constitutionum ordinem legis Romanae secutus est, id quaeritur, qua ratione adductus Gundobadus hunc ordinem constituerit. Qui tituli inter se adeo non coniuncti sunt, ut nullo pacto credi possit legis conditorem Burgundicum iuris Romani exemplo usum esse, eademque causa etiam ii refelluntur, qui legis conditori corpus legum Visigothorum praesto fuisse putant, etiamsi non negem, immo potius affirmem, interesse aliquem connexam inter leges Burgundionum et leges Visigothorum. Mea quidem sententia Gundobadus in componendo corpore legum in universum eum ordinem titulorum secutus est, quem in eis constitutionibus regum invenit, quae iam in regno Burgundico collectae exstabant. Recte enim iam Blahme, *II. III.*, p. 525. ex initio primae constitutionis planam fecit, iam ante quam Gundobadus corpus legum ederet collectas fuisse constitutiones; unde elucet ordine constitutionum quodammodo — cautissime tamen — ad temporum rationes exquirendas uti nobis licere.

Nomine 'Constitutionum extravagantium' eas constitutionum regum Burgundionum nobis traditas complecti solemus, quas liber constitutionum novellis amplificatus et divisus in 88 titulos non habet. Ex iis quae iam diximus atque ex annotationibus quibus has constitutiones illustravimus efficitur, has esse partim constitutiones parentum Gundobadi, ab

commemorata lex constitutionis primae vim consuetudinum re vera non resecat; si occasio fert, in ipso libro constitutionum consuetudines commemorantur, cfr. tit. 46. 51. 60.

ipso Gundobado a libro constitutionum seiunctas, partim constitutiones, quae cum antea libri constitutionum essent, novellis ex libro submotae sunt, esse denique constitutiones quae, quamquam libro constitutionum minores sunt aetate, tamen nunquam in librum ipsum receptae sunt. Quae constitutiones fere fragmenta sunt legum in Burgundia latarum, partim in constitutionum libro partim extra librum servata (cfr. etiam Libr. 5 const. tit. 4, § 7, quo loco lex nobis non nota 'De caballis inventiciis' commemoratur), eaque non levis momenti ad intelligendum progressum et iuris regni Burgundici et omnino iuris Germanici.

Neque Gundobado neque Sigismundo et Godomaro, qui ei successerunt, regibus liber constitutionum publice retractatus est. Post exitium domus regiae regno Burgundico 10 everso (c. 532—534), auctoritas iuris Burgundici remansit. Ut prioribus temporibus, etiam regibus Francorum dominantibus ius, quod constitutionibus regum Burgundicorum continebatur, ratum erat; cfr. Form. Marc. I, 8, LL. Form. p. 48. Numerus legum a regibus Burgundicis latarum non augebatur, quia propriae leges Burgundionibus non datae sunt. Progrediente autem tempore ii, qui iure Burgundico utebantur, simpliciter et in 15 Gallia et in Italia 'Guntbadingi, Guntbodingi, Gundobadi' appellabantur; v. LL. Cap. I, p. 58 (a. 789); p. 77 (a. 794); cfr. c. 14. C. 22, qu. 5; Cartular. Langob. LL. IV, p. 595. Hanc significationem cum appellatione, qua liber constitutionum notari solet, legis Gundobadae — cfr. LL. Cap. I, p. 170 (a. 801—813); LL. III, p. 505; IV, p. 595 — atque cum professionibus iuris — cfr. Bernard, Chartes de Chuny I, p. 176, n. 189 20 (a. 912): secundum lege mea Gonbada; Mon. Hist. Patriae I, p. 584 (cart. a. 1055) — artissime cohaerere manifestum est. Frustra autem in leges Agobardus archiepiscopus Lugdunensis IX. saeculo 'libro adversus legem Gundobadi' invectus est. Qui cum imperatori Ludovico, ut legem Gundobadam tolleret, persuadere studeret, cum quod mala esset, ut ab homine sectae Arianae lata, tum quod 'perpauci homines' essent, qui 25 eam sequerentur, postulavit, ut omnes una lege regerentur; cfr. LL. III, p. 504. 505. Plane aliter atque Agobardus saeculo VI. de Gundobadi legibus iudicaverat Gregorius Turonensis, qui in Hist. Franc. II, 33, SS. R. Mer. I, p. 96, haec verba facit: Gundobadus Burgundionibus leges mitiores instituit, ne Romanos obpraemerent. Etiam si quae in professionibus iuris X. et XI. saeculi lex Gundobadae commemoratur non ad 30 solum librum constitutionum, sed potius ad totum ius Burgundionum spectat, tamen mihi quidem dubium non est, quin verba Wiponis, quae in Gestis Chunradi II, c. 38, de hoc imperatore anno 1038. ex Italia redeunte leguntur, ad librum constitutionum referenda sint. Quae verba sunt: Eiusdem anni autumno Burgundiam adiit et convocatis cunctis principibus regni generale colloquium habuit cum eis et diu desuetam atque pene 35 deletam legem tunc primum Burgundiam praelibare fecerat; SS. XI, p. 273. et ed. 2. SS. R. Germ., Wipo p. 44.

Quae de iure Burgundico posterioribus temporibus tradebantur, ad consuetudines recentiores Burgundiae medii aevi referenda sunt; cfr. LL. III, p. 506.

Id quod de historia legum a Burgundionum regibus latarum disputavimus, si omne 40 spectas, cum eorum hominum doctorum recentioris aetatis sententia concinit, qui de hac re quaesiverunt. Una enim cum Binding, Brunner, Schroeder affirmamus Gundobadam libri constitutionum unam tantum redactionem fecisse, qui liber postea legibus novellis haud paucis amplificatus est. Dissentiunt ii, qui illum librum identidem, bis vel ter, tractatum esse dicunt, primum et alterum plerique aiunt a Gundobado, tertium a Sigismundo, cuius 45 editio una integra servata sit<sup>1</sup>.

1) Bouquet l. c. IV, p. 252, cfr. praef. p. VIII, 255. not.: 'cum Lindenbrogio crediderim, eam a Gundobaldo haeretico prius datam, a filio suo Sigismundo catholico emendatam fuisse atque promulgatam qualis nunc exstat.' Eandem fere sententiam etiam v. Savigny sequitur, qui maximam partem constitutionum a

De temporibus, quibus liber constitutionum denovo retractatus sit, summa virorum doctorum dissensione certatur, cum anni 451. 472. 480—490. 501. 517. dicantur. Quo modo vero ille sit retractatus, tanta sunt in varietate et dissensione, ut molestum sit singulas dinumerare sententias. Duo tamen afferam argumenta, quae maioris fuerunt momenti in hac de lege Gundobadi quaestione. Gaupp igitur, qui librum constitutionum uno eodemque tempore conscriptum esse negat, praecipue in titulos 42. et sequentes inquirens, conicit, id quod in universum recte se habet, in compluribus horum titulorum leges inesse quae, quamquam Gundobadi sint, tamen in numero novellarum habendae sint, eo scilicet consilio conscriptae, ut quod tunc fuerit ius commutarent aut locumam quandam legum explerent<sup>1</sup> (l. c. p. 303. 305. 316). Deinde Wilda in 'Jahrb. für wissenschaftliche Kritik' (1836) p. 609, Strafrecht p. 109, ostendit, constitutiones, quas editiones legis Gundobadae nomine additamenti I. amplecti solebant (= Const. extrav. 2—18; l. Rom. tit. 17. 44), non esse simplicem et unam collectionem legum ea de causa compositam, ut legum iam exstantium supplementum essent, sed esse potius collectionem legum posterioribus demum temporibus ab hominibus privatis libro constitutionum additarum. Quod plurimi homines docti, qui in hanc rem inquisiverunt, in eisque iam Gaupp, deinde etiam Bluhme, falso neglexerunt.

Sed qui re perducti homines docti librum constitutionum iterum ac saepius publice retractatum esse posuerint, intelligemus, si quomodo prima constitutio tradita sit respiciamus. Editiones enim secuti ac codicum fidem verbis, quae sunt: Vir gloriosissimus Gundobadus rex — sumpsimus statuta perscribi (= pr. const. nostrae edit. forma A) vim propriam inesse putarunt, nomine primae praefationis (praefatiunculae) haec verba notantes eaque priori legis Burgundionum formae a Gundobado institutae adscribentes. Inscriptionem eamque publicam libri constitutionum verba esse statuerunt, quae in codicibus initium faciunt primae constitutionis: In Dei nomine anno secundo regni domni nostri gloriosissimi Sigismundi regis liber constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus et datum sub die IIII. Kalendas Aprilis Lugduno. Prima igitur constitutio, nonnunquam secunda praefatio nominata, ab hisce verbis incipiebat: Amore iustitiae (= pr. const. § 2. nostr. ed.).

Ut autem probemus praefationem usque adhuc primam dictam ipsi primae constitutioni esse adnumerandam, ita ut vim proemii habeat, inscriptionemque, quae adhuc fuerit, neque libri constitutionum neque primae constitutionis esse, argumenta quae sequuntur afferamus.

Primam constitutionem, si coniunctam putaremus cum verbis quae adhuc inscriptionem viri docti appellabant, seiunctamque a praefatione quam dicunt primam (= pr. const. A), vitiose, minime integram traditam esse manifestum esset. Lege enim a verbis: Amore iustitiae — studuimus ordinare (= pr. const. § 2.) incipiente, quisnum est, qui haec verba facit? Nescimus. Suum autem nomen is qui loquitur non edit; nam qui rex in inscriptione appellatur non loquentem se introducit, sed factum quoddam, scilicet dies quo liber constitutionum regis editus sit, in inscriptione illa assertur. Contra res plane aperta est, si illud evantiatum: Amore iustitiae — studuimus, arte com-

Gundobado conscriptam, librum constitutionum qualis nunc exstat anno 517. a Sigismundo compositum esse contendit.

1) Davoud-Oghlou et, qui eum sequitur, Warnkönig eiusmodi ordinem singularum constitutionum esse coniciunt: Lib. const. tit. 1—41. a. 471, tit. 42. a. 501, tit. 43—45. a. 502, tit. 46—52. a. 506. aut 512, posterius tit. 53—62, tit. 63—84. una cum prima parte primae constitutionis alteraque editione totius operis extremi Gundobadi aetate, additamentum I. leges diversorum temporum continens Sigismundo, additamentum II. Sigismundo aut Godomaro adscribendum esse. Perspicuum est hanc opinionem nihil aliud esse, quam sententiam illam quidem a Gaupp prolata, sed falso explicatam.

L.L. Sect. I. II.

*iunctum legimus cum praefatione quam dicunt primam (= pr. const. A). Legislatores qui loquuntur idem est atque is, qui initio nomen suum iam edidit legisque latorem se esse affirmat.*

Quodsi iam haec quae modo exposuimus argumento sunt, inscriptionem in eum locum non quadrare, quem in codicibus, qui soli prologum primae constitutionis formae A habent, et in editionibus obtinet, quaestio existit, quonam modo eo aberrare potuerit. Iam illud tenendum est, in codicibus, qui omnes, si A 1. 2 excipiamus, paragraphum illam non habent, inscriptionem non solum locum habere paragraphi primae, sed etiam initium facere totius libri constitutionum. Res ita explicari potest, ut fuisse codices manuscriptos ponamus, qui omnino inscriptione carerent, haberent autem praefationem quam dicunt primam, camque recte antecedentem verbis Amore iustitiae; postea additam inscriptionem alisque in codicibus aliter descriptam esse, ita ut eis et praefatio prima illa et inscriptio continerentur, eaque suo ordine, inscriptione antecedente; deinde omissam esse praefationem primam genuinam a scriptoribus librariis, quibus inscriptio sufficere videretur, quod haec prima praefatio argumentum inscriptionis explicaret neque ullam iuris regulam contineret — quam primae constitutionis formam plurimi codices servati praebent —; postremo alios scriptores librarios praefationem primam genuinam ex iis codicibus, qui principalem formam primae constitutionis habebant, recepisse, inscriptione tamen post eam perperam retenta.

Si quis putaverit fieri non posse, ut quae codices habeant hac ratione explicentur, certe opinio nostra probari videtur inscriptione de qua agitur primae constitutionis diligenter spectata. Qua ex re id primum apparet, inscriptionem ex compluribus partibus compositam esse, deinde, ullum argumentum ad exquirendum tempus, quo liber constitutionum conscriptus sit, ex inscriptione elici non posse. Haud levis igitur in hac re momenti mea quidem sententia id est, quod singulorum codicum inscriptiones quam maxime inter se discrepant, quarum inscriptionum verba: liber constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus veterima pars esse videntur. Tempus, quo liber confectus sit, quod quidem ex inscriptione cognoscamus, si lectio, quae est: gloriosissimi Sigismundi, probatur, est dies 29. mensis Martii anni 517. Eandem diem etiam in fine tit. 52. libri constitutionum legimus, de cuius subscriptionis integritate dubitari non potest. Praeterea autem iudicium Sigismundi regis, quod titulo illo continetur, 'ad vicem mansurae in acuum legis prolatum' esse, hancque legis vim ei non postea ex occasione quadam, fortasse cum iterum liber constitutionum ederetur, attributum esse, cum ex universi iudicii tenore tum ex verbis: consideratio sanctorum dierum sequitur. Nam in diem festum Paschae — ad solemnitatem enim Paschae haec verba spectant —, qui dies anno 517. erat 26. mensis Martii, dies constitutionis optime quadrat. Deinde si prima verba huius tituli 52. respicimus: quotiens eiusmodi causae consurgunt, de quibus nihil praecedentium legum statuta iusserunt, ne cogitari quidem potest, regem lacunus legum non ignorantem eodem die et talem lacunam singulari lege explevisse, et librum constitutionum edidisse retractatum, nulla retractationis mentione facta; cfr. Gaupp, l. c. p. 314; Brunner, l. c. p. 338. Nec minus gravibus causis prohibemur, ne lectione illa, quae est: gloriosissimi Gundobadi, retenta, inscriptionis tempus recte se habere putemus. Quod si ita esset, conscripta esset aut priore dimidio octavi saeculi aut anno 502, prout annos regni Gundobadi ab eo anno, a quo solus regnavit, computamus, aut ab eo, a quo omnino, una cum fratribus, regnum iniiit. Id quidem non affirmaverim mirum esse, quod legum latioris tempora non annis consulum Romanorum, sed annis quibus regnavit Gundobadus definiantur; sed id velim observatum veri dissimillimum esse, annos regni Gundobadi ab eo anno demum computatos esse, a quo solus regnaverit. Praeterea id quoque animadvertendum est, verisimile non esse, Gundobadum iam secundo anno regni sui collectionem suarum ipsius

constitutionum instituisse potuisse; et si Gundobadus anno 502. librum constitutionum iterum retractandum curavisset, novellas leges in angustum coactas et certo ordine in retractatum librum receptas esse certum est; cfr. praecipue tit. 42. 45. Sin autem de libro constitutionum ab ipso Gundobado composito ac retractato agitur, miramur, cur primae  
 5 constitutionis paragrapho prima, quamquam alterius tractationis sit necesse est, nulla fiat mentio antiquioris illius corporis legum. Neque hoc negligendum est, quam inepte verba et datum iis quae antecedunt adiuncta sint. Scriptores librarii cum hoc animadvertissent, verba et datum in aedetum, aeditus, editus commutarunt. Deinde ipsi Burgundionum reges, neque Gundobadus neque Sigismundus, corpus legum, constitutiones a Gundobado  
 10 collectas, unquam nomine libri constitutionum appellant. Qua re id quoque probari videtur inscriptionem non regum Burgundionum, sed Francorum demum temporibus conscriptam esse.

Has igitur partes inscriptionis distinguimus: Prima pars continet verba: In Dei nomine. Nonnulli codices his verbis carent: B 1. 2. 4; duo codices habent: In Christi nomine (B 7. 8).  
 15 Secunda pars hisce verbis efficitur: anno secundo regni domni nostri gloriosissimi Sigismundi regis. Codices A 4 et B 11 mutaverunt verba anno secundo regni in agnoscendae fidei. Nonnullis autem in codicibus pro verbis Sigismundi regis verba Gundobadi regis leguntur, sc. A 4. B 5. 7—11. Hoc cum eo, quod omnibus notum erat, Gundobadum auctorem esse legum Burgundionum cohaerere, rix negari potest. Sed etiam hoc cogitari  
 20 potest verba Gundobadi regis tertiae parti esse attribuenda, ut in codicibus quos memoravimus A 4. B 5. 7—11, nomen Sigismundi non in nomen Gundobadi mutatum esse putemus, sed potius, ut in ceteris codicibus A 1. 2. 3. B 1. 2. 4. 6 Gundobadi nomen, ita in illis Sigismundi omissum esse. Sed quod ne unus quidem codex neutrius, neque Gundobadi neque Sigismundi nomen habet, hanc quaestionem disceptare supersedeo.  
 25 Tertia eaque principalis pars verbis continetur his: liber constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus. Haec verba argumentum ipsius primae constitutionis breviter explicare, certo confirmari potest. Neque hoc praetermitti oportet, codicum B 7 et B 8 partem secundam et tertiam, easque arte coniunctas, iam amplificatas esse atque etiam in codice B 5 inter verba, quae sunt regis et liber, aliquid  
 30 interpositum esse. Quarta denique pars constat ex verbis: et datum sub die IIII. Kalendarum Aprilis Lugduno; etiam in hac parte codicum nonnullae lectiones variae sunt atque inter se dissidentes.

Quae singulae inscriptionis partes qua ratione paulatim compositae sint coniectura sequi omittamus.

35

### § 3. De lege Romana.

Constitutionibus regum Burgundionum leges condebantur partim omnibus regni civibus, et Burgundionibus et Romanis, velut, ut exempla afferantur, Lib. const. tit. 2. 4. 6—10. 13. 15. 17. 21. 22. 26. 28. 31. 38. 44. 47. 49. 50. 54. 55. 57. 67. 84; Const. extrav. 8. 12. 19. 20. 21, partim incolarum parti cuilibet, vel solis Burgundionibus, cfr.  
 40 Lib. const. tit. 14. 18. 24. 40. 42. 51. 60. 61. 79; Const. extrav. 13, vel solis Romanis. Quae constitutiones ad Romanos solos attingebant, sat raras erant; itaque dubito Const. extrav. 17. his attribueri. Tamen vestigia talium constitutionum in pr. const. § 8. et in L. Rom. tit. 2. servata sunt. Lex autem Romana, de qua hoc loco agitur, non constitutio regia, sed potius corpus legum Romanarum iussu Gundobadi regis collatarum  
 45 est, quae in pr. const. § 8. promittitur 'forma et expositio legum (Romanarum) conscripta', imprimis facta, ut iudicibus instructio praeretur, 'ut per ignorantiam se nullus excuset'.

Lex igitur Romana publice constituta est, sed nota ut forma constitutionis regiarum caret; id non solum inde patet, quod a regibus Burgundionum, et a Gundobado et a

*Sigismundo, et iam antea a 'parentibus' Gundobadi 'ut inter Romanos Romanis legibus iudicaretur' statutum erat (pr. const. § 8; cfr. Const. extrav. 20), sed etiam ex ipso argumento legis Romanae intelligitur; cfr. verba: sciendum, constat, vel omnes agnoscant, custodiant iudicantes, comprehensum est quid iudices debeant observare, vel dominus noster statuit observare, ad praeceptionem domini regis, ex praecepto regis con-* 5  
*venit observari. A quibus legis verbis et vocabulis ea diversa sunt, quae in constitutionibus leguntur: iubemus, praecipimus, decernimus, volumus custodiri, adiecimus, sententiam diximus. In eo igitur inter se differunt, quod in lege Romana rex nunquam loquentem se inducit<sup>1</sup>.*

*Comparata lege Romana cum constitutionum libro apparet, quam rationem homines* 10  
*illi, nominibus non noti, qui legem Romanam conglutinaverunt, in componendo ingressi sint. Secuti sunt, id quod dubitari non potest, certum quoddam regis praeceptum. Ordinem titulorum libri constitutionum, qualis pristina forma erat, servantes singulas leges ex iuris Romani fontibus haustas ac quaesitas cum singulis titulis coniunxerunt, quos servaverunt vel paululum in opere ab ipsis reducto mutaverunt.* 15

*Quod autem non cum omnibus titulis libri constitutionum, qualis traditus est, leges iuris Romani, quae quidem cum iis congruerent, coniunxerunt, etiam hodie potest dici, qua re id factum sit. Nam si qua constitutio forte etiam ad Romanos pertinebat, vel si lex quae congrueret in fontibus iuris Romani omnino inveniri non potuit, hic titulus non recipiebatur. Quos titulos libri constitutionum forma genuina non habuit, eisdem lex* 20  
*Romana, ut res fert, caret, cum qui legem Romanam in ordinem redegerunt, libri constitutionum forma priore usi sint. Deinde nonnunquam, quae in libro constitutionum compluribus titulis continebantur, in unum titulum contracta sunt. Nonnullas denique leges, quarum exempla in libro constitutionum non exstabant, tamen, quod cas quadam de causa illi graviores putabant esse, variis titulis operi extremo adiunxerunt, quorum titulorum rubricas ex* 25  
*fontibus Romanis sumpserunt. Qua re demonstratur, non esse titulos, qui in priore forma libri constitutionum illi quidem fuerint, sed postea ex eo remoti sint.*

*Sunt loci legis Romanae, qui verba et formam legum congruentium libri constitutionum sequuntur, cfr. tit. 12. Plurima autem statuta legis ex ipsis fontibus iuris Romani manant. Semel atque iterum, qui legem Romanam conscripserunt, accuratissime, quo ex loco iuris* 30  
*Romani hauserint, saepius negligentius memorant, nonnunquam omnino omittunt adscribere. Fontes autem, quos in componenda lege Romana consecrabantur, sunt: Codex Theodosianus, Novellae post codicem Theodosianum emissum editae, quarum recentissima novella anno 465, (tit. 46), Codex Gregorianus, Codex Hermogenianus, Sententiae receptae Pauli, Institutiones Gai, (contra non Regularum libri Gai, ut imprimis Bluhme et Tardif falso* 35  
*putant. Vide infra not. ad L. Rom. tit. 5. 10. 12). Sed hoc nos animadvertere oportet, illos in conscribendo non solum ipsis verbis legum, ex quibus hauriebant, sed etiam 'interpretationibus' quae dicuntur usos esse, atque saepius magisque interpretationibus quam verbis legum ipsis. Neque Gai quidem institutiones verisimillimum est usurpatas esse, nisi valde in angustum coactas, non similiter pariterque atque eas, quibus auctores legis* 40  
*Romanae Visigothorum usi sunt.*

*Lex quamquam ius Romanum integrum fere reddere solet, tamen haud paucis in rebus ab eo discedit. Sed non est, quod eos, qui illam compilaverunt, inscientiae fontium iuris Romanorum arguamus. Ut enim in describendis legibus aliqui inscientia sententiae, quae primo legi inerat, nonnunquam irrepserit, tamen plerumque hoc statuendum est,* 45

1) Excipiendus est tit. 48. cod. A 2 (Cod. Ottobon.), ubi verbum est praecipimus. Hoc ipsum certissimo indicio est hunc titulum, quo reliqui codd. et in indice et in contextu carent, interpolatum neque legis Romanae esse. Alias causas haud ita certas afferunt r. Savigny, l. c. II<sup>2</sup>, p. 30; Barkow, l. c. p. 133.



auctores legis ius quod tunc apud eos ratum erat, id est ius Romanum vulgare, reddere voluisse. Si hoc respicimus, lex Romana magni est aestimanda.

Iam si quaerimus, quo tempore lex Romana conscripta sit, eam haud multo post librum constitutionum exortam esse ex prima constitutione ipsius libri constitutionum efficitur. Neque enim est, quod Gundobadum putemus moratum esse in opere, quod prima in constitutione promiserat, componendo. Legem Romanam, etiamsi paullo minor sit aetate priore libro constitutionum, exeunte V. saeculo conscriptam esse existinemus necesse est<sup>1</sup>. Qui scriptores autem primam constitutionem anno 502. aut anno 517. conscriptam aiunt, legem Romanam post annum 502. et ante annum 506. (Gaupp), aut post annum 502. et ante annum 517. (Bluhme et Tardif), aut denique post annum 517. editam esse affirmant (v. Savigny).

Mirum in modum Haenel aliique probare student, legem Romanam, si ad tempus, quo edita sit, respiciamus, posteriorem, si ad tempus, quo conscripta sit, priorem esse libro constitutionum, cuius rubricas titulorum ex lege Romana depromptas esse dicunt. Hoc teneri nullo pacto posse ea re probatur, quod rubricae titulorum legis Romanae, si ex libro constitutionum originem non ducerent, eis igitur non posteriores essent, ex fontibus iuris Romani desumptae essent. Quoniam vero rubricae titulorum legis Romanae praecipue ex libro constitutionum depromptae sunt, auctores legis sat paucis rubricis, sc. eorum titulorum, quorum exemplum in libro constitutionum nullum erat, fontes iuris Romani sequi potuerunt. Qua re legem Romanam posteriorem esse aetate libro constitutionum demonstratur.

Legem Romanam Visigothorum anno 506. ab Alarico II. edita varie homines docti sunt usi ad exquirendum tempus, quo lex Romana Burgundionum conscripta sit. Nonnulli legem Romanam Burgundionum minorem esse aetate lege Romana Visigothorum affirmarunt; inde enim quod interpretationes legis Romanae Visigothorum manifesto cohaerent cum Burgundionum lege Romana id effici putarunt, huius legis auctores lege Romana Visigothorum usos esse. Alii contra legem Romanam Visigothorum ex hac lege depromptam, itaque aetate minorem esse confirmaverunt. Quae intercedat ratio inter has leges, intelligi potest, si consideramus, interpretationum legis Romanae Visigothorum auctores hanc legem non condidisse vel conglutinavisse, itaque consensum ac connexum, qui inter has leges sit, eo explicari, quod utriusque legis auctores ex eodem fonte hauserint.

Legem Romanam iterum ac saepius tractatam esse, id quod Ginoulhiac putat, vix teneri potest, si respicimus totius legis omnino parem formam esse traditam. Atque etiam auctoritas, quam habuit ius Romanum apud omnes regni Burgundici reges, legem nequa saepius retractatam neque ab iis, qui Gundobadum secuti sint, abolitam esse ostendit.

Sed praeter legem Romanam, cuius auctoritas non infinite valebat, etiam fontes iuris Romani rati erant, inter quos procedente tempore lex Romana Visigothorum primum locum obtinuit. Qua re non solum id explicatur, quod haec duae leges in codicibus sunt coniunctae, sed etiam error ille veterrimus, quo haec lex 'Papiani liber' appellatur, quomodo irrepserit intelligitur. In fine enim legis Romanae Visigothorum pauca verba libri I. responsorum Papiniani leguntur huiusmodi inscripta: Incipit Papiniani (Papiani) liber I. responsorum. Cum autem haec verba pro inscriptione legis Romanae Burgundionum, quae lex ea sequitur, haberentur, falsa appellatio libri Papiani orta est. Num error longius ab IX. saeculo repetendus sit, cuius saeculi codices manuscripti eum habent, difficillimum est cognitu. Hoc quidem certum est, quam cautissime agendum esse in explicandis verbis: lex Papiani, Papiani liber, quae appellationes in documentis, legibus, catalogis librorum VIII. vel IX. saeculi occurrunt<sup>2</sup>.

1) Non potest in disceptationem vocari terminus a quo, qui praebetur tit. 46; qui titulus ad constitutionem anni 465. redit. 2) Brunner, l. c. p. 357, not. 15, verbo Papiani, quod legitur in documento anni 804. Beyer, Urkundenbuch der mittelh. Territorien I, p. 47, n. 42. (cfr. v. Savigny, l. c. II<sup>2</sup>, p. 29), et Zeumer verbis lege Papiani legis Rom. Curicensis I, 4, LL. V, p. 307, not. 4. legem Romanam Burgundionum

*Ex Papiniani libro responsorum exscriptum non fuisse locum principalis legis Romanae Burgundionum et index et rubricae titulorum codicum demonstrant, idemque efficitur ex lege Romana cum libro constitutionum comparata. Falsa igitur legis appellatio non ita existere potuit, ut forte inscriptio primi tituli legis inscriptio totius operis facta sit, sed eam exortam esse coniuncta in codicibus lege Romana Burgundionum cum lege Romana Visigothorum statuendum est. Cum autem res ita se habeat, admodum probabiliter conicimus conexum, qui inter legem Romanam Burgundionum et librum constitutionum esset, neglectum esse. Francorum tamen temporibus iam plane ignotum fuisse hanc legem imprimis ad Burgundiones pertinere, id ex eo, quod nullo in codice tota lex Romana coniuncta cum libro constitutionum tradita est, satis certo adfirmare licet. Saeculo deinde XVI. conexu inter legem Romanam librumque constitutionum a Cuiacio intellecto per multos etiam annos hoc opus a viris doctis homini cuidam iuris consulto, quem Papianum appellabant, adscribebatur. Cfr. v. Savigny, l. c. II<sup>2</sup>, p. 23. 26.*

## II. DE CODICIBUS LEGUM.

§ 4. *De codicibus libri constitutionum et constitutionum extravagantium.*

*Bluhme in editione sua libri constitutionum et constitutionum extravagantium codices scriptos in tres classes divisit:*

*'Codices primae classis sive integritati proximi' appellantur, qui et in indice et in contextu libri constitutionum 'titulos centum et quinque numeratos' continent; sunt quinque codices, quos appellationibus B 6. 7. 8. 9. 10 notamus.*

*'Codices secundae classis sive decurtati' nominantur tres codices, quos notis B 1. 2. 4 designamus, 'in quibus de genuino Burgundionum iure nihil omnino additur'; deinde quattuor codices, nostros A 1. 2. 3. 4, dinumerat 'codices tertiae classis sive miscellos vel infortiatis', cum partim ex ipso constitutionum libro, partim ex antiquioribus Gundobadi recentioribusque Sigismundi Chlotariiue edictis, partim etiam ex Papiano atque Visigothorum Romana iurisprudencia variam incertamque iuris farraginem ipsi decurtatae collectioni adiecissent. Quamquam quod ad singulas res attinet aptissima apud Bluhme rectissimaque verba de codicibus dicuntur, imprimis de eorum auctoritate atque de ratione, quae inter singulos intercedit, tamen quam reddidimus divisio ac distributio in universum falsa est. Nititur in falsa opinione librum constitutionum, retractatum, ut Bluhme putat, iterum vel tertium, ex 105 titulis numeratis compositum esse; editio igitur a Bluhme curata eos codices summae auctoritatis facit, qui ex 105 numeratis titulis constant.*

*Reicientes distributionem a Bluhme institutam in disponendis codicibus ea re nitimur, quod ad contextum libri constitutionum, qualis in regno Burgundico regnantibus regibus Burgundicis conscribebatur, ii codices proxime accedunt qui ex 88 numeratis titulis constant.*

*Primae igitur classi, littera A notatae, eos codices adscribimus, qui aut nihil nisi 88 titulos libri constitutionum aut praeter hos constitutiones extravagantes titulosque legis Romanae habent, has constitutiones titulosque tamen non continua numeratione cum verbis ipsius libri constitutionum coniungentes, etiamsi hoc iam factum sit in indice*

*designatam esse putant. Sed hoc observandum est, non solum nonnullos codices nobis traditos legis Rom. Visigothorum eiusque epitomas in fine eum locum Papiniani libri responsorum habere, lege Rom. Burgundionum non insequente, sed etiam, illum bibliothecae Sangallensis catalogum IX. saeculi verbis 'lex Papiani' epitomen legis Rom. Visigothorum (epitomen Aegidii) laudare, plane non legem Rom. Burgundionum; exstat enim etiam nunc codex manuscriptus ad quem locus, quem attulimus, spectat; qui codex legem Rom. Burgund. non continet; cfr. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui (1885), p. 50, n. 308; G. Scherrer, Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen (1875), p. 235, n. 729.*

per singulos annos  
 una p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

LXXXV de pupillis  
 LXXXVI de donat. h[er]ed[um]  
 LXXXVII de minorum t[er]ra[n]s[act]ib[us]  
 LXXXVIII de lib[er]t[ati]onib[us]  
 LXXXIX de laicis t[er]ra[n]s[act]ionib[us]  
 LXXX de auct[orit]at[em] d[omi]ni  
 LXXXI de auct[orit]at[em] d[omi]ni

IN DIGNO IN  
 NO MORTO  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

omnes <sup>in</sup> ecclesie leges nos[tr]as  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

rubricarum titulorum; cui classi etiam textus, quem A 1 signavimus, attribuendus est. Quamvis enim codex, quo continetur, ea forma qua traditus est secundum rationem illam distinguendi ad classem A non pertinere videatur, tamen textus ille artissime coniunctus est cum reliquis codicibus classis A.

5 Classi littera B notatae omnes reliqui codices attribuendi sunt, qui ad librum constitutionum extremam numeratione continua constitutiones extravagantes vel aliquem titulum legis Romanae Burgundionum addunt; huic classi etiam codex quidam (B 7) adscribendus est, qui, quamquam numeratio titulorum continua iam in ipsis libri constitutionum titulis finem habet, tamen ob indicem et, quod proximus est alii codici huius  
10 classis (B 8), ad classem B referendus est. Huic classi etiam codicem, quem secutus est Herold, adnumeravimus, quamquam tam parva eius pars tantummodo traditus est, ut certo alterutri classi adscribi nequeat.

Tertia classis, littera C notata, ex eis codicibus constat, qui singulos tantum titulos libri constitutionum continent.

15 Ordo codicum ad classem A pertinentium hic est:

A 1. Codex Parisiensis 4758, qui olim codex regius 4490 erat, quem Pardessus, *Loi Salique* (1843) praef. num. XV, et Bluhme, *LL. III*, p. 516, descriperunt; exaratus saeculo IX, foliis 63'—116. librum constitutionum nonnullasque constitutiones extra-  
20 vagantes continet. Huc autem solum secunda manus pertinet, id est correctio prioris scriptionis per totum librum constitutionum adhibita. Quae manus secunda vix minor aetate sit priore scriptione ipsa. Qua ratione autem is, qui correxit, in corrigendo usus sit, optime tabula nostra demonstratur, in qua imago photographica foliorum 66' et 67. huius codicis depicta est. Textus a priore manu exaratus ad classem B pertinet. Cfr. infra B 5.

Hunc codicem primo Parisiis inspexi, deinde liberalissime mihi huc Basileam missum  
25 initio anni 1889. contuli.

A 2. Codex Parisiensis 4626, olim bibliothecae Matisconensis, deinde Bigotianus 128 sive regius 5189, 2, scriptus saeculo X, quem descriperunt Bluhme, *LL. III*, p. 518, Pardessus, l. c. num. VII, Haenel, in *Lege Rom. Visig.* praef. p. LXXVI, num. 50; p. 210—256. liber constitutionum continetur; constitutiones extravagantes desunt. Quem  
30 codicem ipse mense Octobri anni 1888. Parisiis contuli.

A 3. Codex Parisiensis 10753, olim supplementi Latini 215, saeculo X. scriptus, quem descriperunt Bluhme, *LL. III*, p. 518, Haenel, l. c. p. LXXIX, num. 60, Pardessus, l. c. num. XXV; fol. 49. nomina comitum qui primam constitutionem subscriperunt continentur, fol. 49'—52'. index rubricarum titulorum libri constitutionum et constitutionum  
35 extravagantium primaque constitutio, fol. 53. inter finem primae constitutionis atque verba libri constitutionum nonnullae interpretationum particulae legis Romanae Visigothorum inveniuntur; sequitur fol. 53. i. f. — 82'. liber constitutionum, deinde nonnulla fragmenta iuris Romani, post haec usque ad fol. 89'. haud paucae constitutiones extravagantes.

Diligentissimam ac rectissimam collationem a Merkel b. m. curatam, mense Octobri  
40 anni 1888. Parisiis ipse cum codice accuratissime comparavi.

A 4. Codex Vaticanus bibliothecae Christinae reginae 1128, olim Alexandri Petavii 377, saeculo X. scriptus, quem Bluhme, *LL. III*, p. 519, Merkel, *ibid.* p. 8, Pardessus, l. c. num. LIII, Haenel, l. c. p. XLV, num. 6, descriperunt; fol. 212—232. primo librum  
45 17. 44. legis Romanae Burgundionum, continet.

Collatio codicis accuratissima rectissimaeque, quam Carolus Dillthey septimo huius saeculi decennio Romae viro doctissimo C. Binding, nunc Lipsiae, tunc temporis Basileae antecessori, curavit, liberalissime in usum mihi tradita est. Quae collatio plenior est ea, quam Pertz curavit et qua Bluhme in editione sua usus est. Quorum utraque collatio  
50 cum apographo codicis a J.-E. Valentin-Smith typis expresso comparata, collationem a

*Dilthey curatum diligentius atque accuratius codicem reddere documento est, quam Pertzii collationem.*

*Secundae classi sequentes codices adscribam:*

B 1. *Codex monasterii S. Pauli in Karinthia, qui et Kruffianus vel S. Blusianus vocari solet, saeculo IX. scriptus, quem Bluhme, LL. III, p. 514, Pardessus, l. c. num. LIX, 5 Merkel, 'Archiv' XI, p. 574—577, Haenel, l. c. p. LXXVIII, num. 56, descripserunt; continet fol. 135—153'. librum constitutionum et legis Romanae tit. 17. Qui codex lacunarum plenus est; plane desunt tituli 6. 8. 19. 28. 34. 38. 42. 45. 46. 49. 51. 53. 54. 60. 69. 73. 74. 75; in fine libri constitutionum tituli item praeteriti 48 (partim); 50. 52 (partim) afferuntur.*

*Praeter egregiam huius codicis collationem iam anno 1849. a Wattenbach curatam etiam collatio, quam C. Binding accuratissime fecit, liberalissime in usum mihi tradita est.*

B 2. *Codex Parisiensis 4418, olim Thuanus, dein Colbertinus 82, regius 4496, scriptus saeculo X, quem Bluhme, LL. III, p. 516, Pardessus, l. c. num. VI, Haenel, l. c. p. LXXVI, num. 49, descripserunt; continet fol. 170'—188. librum constitutionum et 15 titulum legis Rom. 17, quae folia titulum columnarum: Lex Burgundionum habent.*

*Mense Octobri 1888. Parisiis collatione a Weber b. m. accuratissime curata usus iterum codicem contuli<sup>1</sup>.*

B 3. *Codex Parisiensis Lat. nouvell. acquisit. 204, saeculo X. scriptus, quem Delisle in 'Bibliothèque de l'école des Chartes' XXXVII, p. 79. et K. Lehmann in 'Neues 20 Archiv' XII (1887), p. 579—585, descripserunt; continet fol. 59—77. librum constitutionum et legis Romanae titulum 17. Initium codicis primos titulos libri constitutionum continens usque ad tit. 12, § 5. non serratum est.*

*Mense Octobri 1888. ipse Parisiis hunc codicem contuli.*

B 4. *Codex Parisiensis 4633, olim Claudii Puteani et regius 5190 cum fragmentis 25 Spangenbergianis, nunc Egertonianis musei Britannici num. 269, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 514, Pertz in Actis Academiae Berolinensis a. 1857, p. 87—96, Spangenberg, Beiträge zu den deutschen Rechten des Mittelalters (1822) p. 185—191. Continet fol. 99—120. librum constitutionum usque ad tit. 75, § 2 (verb. observare); deinde codex Egertonianus fol. 15, quod folium a codice Parisiensi abscissum 30 est, finem libri constitutionum (a verbo proximus in tit. 85, § 2. incipiens) titulumque legis Romanae 17. continet. Deperdita sunt folia, quae titulos 75, § 2—85, § 2. habuerunt.*

*Quem codicem a praefectis bibliothecae publicae Parisiensis liberalissime mihi Basileam missum initio anni 1889, folium 15. fragm. Egert. autem mense Aprili 1889. ipse Londinii contuli.*

B 5. *Codex Parisiensis 4758. Huc pertinet textus codicis principalis, non correctio a manu secunda facta (cfr. supra A 1 et tabulam nostram). Hic primam, non emendatam scriptionem libri constitutionum, legis Romanae tituli 17. et constitutionum extravaganantium 2. et 19. habemus; Cfr. super p. 15.*

B 6. *Codex Parisiensis 4759 A, olim Colbertinus 4917, dein regius 5942, 5, saeculo 40 IX. scriptus, quem Bluhme, LL. III, p. 508. descripsit. Primo librum constitutionum eiusque 105 titulos numeratos continebat, quorum tituli 89—105. constitutiones sunt extravagantes. Ad nos codex valde corruptus pervenit; desunt non solum nonnulla folia, sed etiam initium et finis codicis maxime laesa sunt; cfr. de hac re praeter descriptionem a*

1) Necessè est hoc loco, quod Bluhme, LL. III, p. 525, not. n, parum accurate dicit, corrigam. Supra 45 inscriptionem libri const. fol. 170' manus saeculi XVI. vel XVII. (Lindenbrogii?) haec adscripsit: 'G. (?) Jo. Tili In Dei nomine agnoscendae fide(i) domni nī gloriosissimi Gundobadi regis liber constitutionum', eademque manus fol. 188. haec verba adiecit: '... ex Tili addit ... 2 capita XX'. Prioribus verbis non editio Tiliana significatur, sed codex Vaticanus, qui fortasse Tili fuit.

*Bluhme curatam etiam exemplum codicis typis expressum editione iam laudata, quam J.-E. Valentin-Smith curavit.*

*Initio anni 1889. hunc codicem liberalissime mihi Basileam missum contuli.*

*B 7. Codex Parisiensis 9653, olim supplementi Latini 65, scriptus saeculo IX. vel X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 509, Pardessus, l. c. num. XXII, Haenel, l. c. p. LXII, num. 27. Continet fol. 3—21'. similiter ac cod. B 6 librum constitutionum et numerum haud parvum constitutionum extravagantium. In indice 105 tituli numerantur, in contextu constitutionum inde a titulo 71. numerus rubricis titularum additus non est.*

*Ineunte anno 1889. codicem liberalissime mihi Basileam missum contuli.*

*B 8. Codex Parisiensis 4417, olim Aniciensis, deinde Colbertinus 826, regius 5159,5, scriptus saeculo IX. vel X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 510, Pardessus l. c. num. V, Haenel l. c. p. LXXV, num. 48; continet fol. 160—185. similiter ac B 6 et B 7 librum constitutionum et constitutiones extravagantes haud paucos 105 numeratis titulis<sup>1</sup>.*

*Quem codicem initio 1889. liberaliter mihi Basileam missum denuo contuli.*

*B 9. Codex Eporedianus in archivio capitulari Eporediensi servatus num. XXXIII, scriptus saeculo IX. vel X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 511, Merkel, 'Archiv' XI, p. 547—553; fol. 74—99. continet 105 titulis numeratis continua numeratione notatis librum constitutionum nonnullasque constitutiones extravagantes.*

*In conscribenda mea editione tam collatione accuratissima a Bluhme instituta, quam descriptione huius codicis facta 1885. a sacerdote Andrea Merlo, praeceptore in seminario episcopali Eporediensi iuniorum, ut in editione a J.-E. Valentin-Smith curata adhiberetur, usus sum.*

*B 10. Codex Guelferbytanus inter Blankenburgenses 130, 52, olim Augustanus, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 512, G. H. Pertz in 'Archiv' VII, p. 777, Merkel eodem loco XI, p. 577. Continet fol. 150—168. pariter ac B 9 105 titulis continuo numeratis librum constitutionum nonnullasque constitutiones extravagantes.*

*Cum ipse hunc codicem non contulerim, tam collatione diligenter a Merkel b. m. facta quam exemplo typis expresso codicis in editione a J.-E. Valentin-Smith curata usus sum.*

*B 11. Codex ille, quem Herold in editione sua usurpavit. Qui ab Herold non immutatus, sed variis emendationibus instructus typis expressus est; non solum nominibus comitum, qui primam constitutionem subscripserunt, omissis, sed etiam verbis libri constitutionum in medio titulo 19. abscissis codicis textus quam maxime lacunosus nobis traditus est.*

*Tertiae classi hi codices adscribendi sunt:*

*C 1. Codex Parisiensis 4414, de quo cfr. Bluhme, LL. III, p. 590. et Haenel l. c. p. LXVI, num. 32; fol. 159'. a linea tertia usque ad ultimam huius folii titulum 24. et initium tituli 42. (§ 1. et § 2. usque ad verba nubere voluerit) libri constitutionum inter fragmenta Concilii Chalcedonensis habet, cuius folii 159'. apographum liberalitate viri doctissimi L. Delisle, administratoris bibliothecae Parisiensis, mihi praesto erat.*

*C 2. Codex Monacensis lat. 4115, Cimel. IV, 3, lit. g, scriptus saeculo VIII. vel IX, quem A. Holder, Lex Salica . . . nach Hdschr. . . von München (1879), et Pardessus l. c. num. XLVI, descripserunt. Pro appendice legis Salicae hic codex constitutiones tit. 78. 42. 75, eosque numeris titularum 81—83. notatas habet; antecedunt pactus et decreta Childeberti et Chlotarii regum Francorum; in medio titulo 75, § 1. (verbo relinquerit) totus codex nunc desinit. Est igitur dubium, num codex antea etiam alios titulos libri constitutionum continuerit.*

<sup>1)</sup> Constitutionum ultimae rubricae De asinis numerus non additus est, quae autem antecedit, numerum CIII habet.

LL. Sect. 1. II.

C 3. Codices quidam, qui inter appendices collectionis Ansegisianae capitularium Ludovici et Lotharii imperatorum hisque capitularibus insertum titulum 79. libri constitutionum habent, eumque titulum diversis locis; cfr. Bluhme, *LI. III*, p. 520. Cuius tituli 79. paragraphi 2. 3. 5. etiam in Reginonis abbatis Prumiensis librum I. de synodalibus causis sub tit. 20. 21. receptae sunt. Sed hic 'ex Capitularibus Ludovici imperatoris, cap. IX.' illae depromptae esse dicuntur. Et apud Reginonem et in collectionibus capitularium titulus rubricam De inscriptione temporum habet, quae etiam in nonnullis codicibus libri constitutionum, ut B 1—5, exstat.

Codicibus in classes A et B dispositis non id demonstratur, ad editionem et libri constitutionum et constitutionum extravagantium codices classis B nullius vel minoris esse auctoritatis. Hoc iam ea re refutatur, quod nonnulli loci codicum A ex codicibus B sunt restituendi.

Hoc loco quaestio existit, quae ratio inter codices sit vel quomodo sibi sint propinqui. Inter codices igitur classis A codex A 4 longe a ceteris huius classis codicibus distat, saepius lectionem praebens, quae eadem in plerisque codicibus classis B invenitur; A 3 contra in verbis libri constitutionum reddendis tam prope accedit ad codicem A 2, ut iam hac de causa cum eo coniungendus sit, quamquam eiusmodi indicem codex habet, ut, si rationem respicimus, secundum quam classes A et B dividimus, classi B adscribendus sit. Deinde A 2 proximus est codici A 1; quorum codicum lectiones, si inter se comparamus, A 1 maioris esse in universum auctoritatis facile intelligimus; accedit quod A 2 nonnullas habet lacunas. In comparandis enim codicibus A 1 et A 2 imprimis ii loci codicis Parisiensis 4758 respiciendi sunt, quibus secunda manus conspici potest; permultis enim locis, quibus secunda manus non cognoscitur, consentire igitur A 1 et B 5 videntur, probabile est mendum, quod in codice B 5 exstaret, in recensendo praetermissum esse, ita ut eiusmodi loci codici A 1 non attribuendi sint. Neque enim eam formam libri constitutionum littera A 1 designamus, quae ex priore scripturae codicis Paris. 4758 (B 5) coniuncta cum emendationibus constat, sed ipsas solas emendationes. Ut autem recte de codice A 1 iudicemus, hoc admonendum est.

Is, qui hunc codicem possedit, non ignorans eum esse lacunosum emendandum sibi sumpsit; in eligendis igitur codicibus, quorum ad normam corrigeret, diligentissime egisse putandus est. Emendatio autem non tam formae quam verborum necessaria ei videbatur; itaque eius codicis, quem secutus codicem B 5 emendavit, non ipsa forma, sed argumentum solum idque, ut coniecerim, non integrum servatum est<sup>1</sup>. Quod argumentum nos cogit codicem classi A adscribere.

Ut ad codices classis B transeamus, codices B 1. 2. 3. 4 inter se arte cohaerere, itemque B 7 et B 8, artissime B 9 et B 10, in aperto est. In constituendo autem ordine codicum eam rationem sequamur, ut codices, qui textum libri constitutionum 105 titulorum amplificatum habent, iis, qui ad priorem statum atque amplitudinem libri propius accedunt, postponamus. B 1, quod verba maxime corrupta atque lacunarum plena praebet, aetate videtur maior esse quam codices B 2—4. Codicum B 2 et B 3 alterum alterius esse apographum, statui non potest; utrique propinquus est codex B 4, nonnullis tamen quae ei propria sunt exstantibus. B 5 propius accedit ad codices amplificati contextus; ut B 6 ita codex B 5 verba valde corrupta praebet. Quod ad B 6 attinet, scriptor librarius, quorum locorum sententia ei non aperta videbatur, eos emendare conatus quam plurima mutavit, quae omnia sunt inepta. Sed ut quanti pretii esset codex cognosceretur, collatione diligenter facta opus erat; Bluhme, quod eiusmodi collatione carebat, codicis indolem recte

1) In codice B 5 deest titulus 79. qui, cum maior esset, quam ut ab eo, qui correxit, in margine addi posset, ut factum est in titulis brevioribusque locis codicis B 5, omissus est; eum etiam in exemplari, quo ille ad corrigendum usus est, defuisse, vix credi potest.

perspicere non potuit atque etiam emendationem quandam quae scriptori librario adscribenda est, in editionem suam recepit (tit. 60, § 3). Deinde B 9 ex codice B 10 transcriptum esse non posse, ea re demonstratur, quod in B 10 lacunae quaedam sunt quas B 9 non habet; sed etiam ea opinio, quam defendit Bluhme, B 10 ex B 9 exscriptum esse, mihi non probatur. B 11 in fine posui, quod sat pauca de hoc codice nobis nota sunt atque certa quaedam ratio inter hunc codicem ceterosque codices cognosci non potest.

§ 5. De codicibus legis Romanae.

Sunt pauci codices legis Romanae, quinque numero, qui continent vel, ut rectius dicam, continerent totam legem Romanam, si integri traditi essent. Unus enim solus integer servatus est; ceterorum omnium maiores vel minores partes desunt. Quos quinque codices classi littera A notatae adscribimus, iisque in classe B eos opponimus, qui singulos titulos legis Romanae et eos coniunctos cum libro constitutionum habent; tertia demique classe, C notata, ii codices continentur, qui singulos titulos legis Romanae eosque non coniunctos cum libro constitutionum praebent.

J. Merkel in 'Savigny, G. d. Röm. Rechts' VII<sup>2</sup>, p. 30, codices classis A in duas classes divisit, quarum altera contineret eos, qui melius servatum, altera eos, qui depravatam haberent textum. Quod falsum est. Iam Bluhme, LL. III, p. 582, recte ostendit, utramque a Merkel positam classem 'propriis vitiis laborare' secundamque classem rebus in multis praestantiorum esse classe priorum. Codex, quem infra littera A 1 notabimus, cum ceteris aetate maior sit, sat paucis fragmentis iisque lacunosis, traditus est. Atque cum A 2 magis integer servatus sit, ceteri codices nonnunquam meliorem praebent lectionem. Quod autem integrior est reliquis et quod rectiorem habet inscriptionem, codicibus A 3—5 anteponendus est. Propinqui inter se sunt codices A 3 et A 4, A 5 saepe ad lectionem codicis A 2 propius accedente. Perperam autem Ginoulhiae, l. c. p. 540 sq.; p. 569 sq. ex diversa codicum forma concludit, distinguendum esse inter quattuor tractationes legis Romanae. Quod iam ea de causa non probandum esse videtur, quod ea, quibus codices inter se distant, etiam alio modo explicari possunt, praeterea autem codices non eo tempore conscripti esse videntur quo lex retractata esse dicitur; cfr. Bluhme in 'Jahrbuch' II, p. 204.

Ad singula haec sunt adnotanda:

A 1. Codex Vaticanus Latinus 5766 saeculi VII, quem Bluhme, LL. III, p. 582, descripsit. Continet foliis 44. 45. fragmenta titulorum 28—36. legis Romanae; accuratum apographum illorum foliorum a Detlev Detleffsen curatum Bluhme reddidit in editione sua l. c. p. 583.

A 2. Codex Vaticanus 7277, olim Ottobonianus vel Amadutianus, saeculo VIII. vel IX. scriptus, quem descripsit Bluhme, LL. III, p. 584, nonnulla addens de fortuna huius codicis, foliis 1'—23. legem Romanam continet; folium, quod secundum erat et in quo maxima pars indicis inscripta erat, discissum deest. Amadutius in opere suo infra p. 23. commemorato p. XIX. accurate folium 1'. depinxit, atque p. 133—294. legem Romanam typis expressam edidit, qua editione codicem non solum ad verbum, sed etiam ad litteras transcriptum excutere voluit. Quem codicem transcriptum vir doctissimus C. Ritter, phil. Dr. a Trogen Helvetiae oriundus, vere anni 1890. cum codice comparavit. Emendationes quas adnotavit nota reddam<sup>1</sup>.

1) Codicis lectionibus secundum C. Ritter datis Amadutianas uncis inclusas addimus: qd (qd), fol. 2 pbatis (p. 133 probatis), donacionibus (p. 136 donationibus), firmatur (p. 137 firmabitur), fol. 2' conscienciā, evedenter (p. 140 conscienciā, evidentem), fol. 3 aurifece (p. 143 aurifice), racione (p. 151 ratione), fol. 4 infrigatur (p. 155 infrigatur), fol. 5 ita ut aut capud aut (p. 163 ita ut capud aut), dato (p. 165, l. 6 data), turbis p (p. 166 turbis d), fol. 6 quod si res (p. 169 quod res), fol. 7' quia terciio



A 3. *Codex Vaticanus reginae Christinae 1050, olim Petavianus, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Pardessus l. c. num. LII. et Bluhme, LL. III, p. 585. Foliis 118'—124'. lex Romana continetur usque ad rubricam tituli 23. Quaternio sequens codicis finem legis Romanae continens servatus non est. Collatione diligentissima a Merkel facta iam a Bluhme adhibita usus sum, quippe quae plenior et certior sit lectionibus diversis ab Amalutio in editione sua redditis.* 5

A 4. *Codex Berolinensis 270, olim Petri Pithoei, scriptus saeculo IX, quem descripsit Bluhme, LL. III, p. 588; continet foliis 1—10. totam legem Romanam. Quem codicem aestate anni 1889. a praefectis bibliothecae regiae liberalissime mihi Basileam missum ipse denuo contuli.* 10

A 5. *Codex Parisiensis 4412, olim Petri Pithoei, tum Jacobi Augusti Thuani, deinde Colbertinus 904, regius 5159, 3, saeculo IX. scriptus, quem descripserunt Haenel l. c. p. LX, num. 23. et Bluhme, LL. III, p. 587. Continet ille quidem foliis 129—134. legem Romanam, sed a medio tamen titulo VII, § 3, foliis, quae indicem textumque primorum titulorum legis continebant, deperditis. Ipse hunc codicem vere anni 1889. a praefectis bibliothecae publicae mihi Basileam missum contuli atque etiam omnes glossas marginales, quas iam Bluhme l. c. commemorat, inspexi.* 15

*Classi littera B notatae adscribendi sunt imprimis codices B 1—5 libri constitutionum, qui solum titulum 17. legis Romanae continent sub numero seu 88, seu 89. libro constitutionum subiectum. Forma textus hi codices sibi sunt quam maxime propinqui, ut iure in unam classem coniunguntur. Ad distinguendos hos quinque codices easdem notas retineamus, quas habent codices classis B libri constitutionum. Est igitur* 20

B 1. *Codex monasterii S. Pauli in Karinthia.*

B 2. *Codex Parisiensis 4418.*

B 3. *Codex Parisiensis Lat. nouell. acquis. 204.* 25

B 4. *Codex Egertonianus musci Britannici 269.*

B 5. *Codex Parisiensis 4758.*

*Huius classis etiam est codex A 4 libri constitutionum constitutionumque extravagantium, qui nullo numero addito et in indice et in contextu constitutionum extravagantium fol. 230 II. 231 II' legis Romanae titulum 17. partemque tituli 44. continet. Littera B 6 hunc codicem Vaticanum Christinae reginae 1128 signamus, de quo supra p. 15. conferas.* 30

*Inter codices, quos classi C adscribimus, soli C 1 et C 2 sibi genere propiores sunt, non solum quod eosdem titulos legis Romanae continent, sed etiam quod hi tituli omniaque, quae his codicibus continentur, eodem fere modo tradita sunt. Sequitur ex numero reliquorum codicum codex C 3, qui unum titulum una cum C 1 et C 2 habet. Tituli legis Romanae codicibus huius classis C traditi hi sunt:* 35

Titulus 1.	continetur	C 3.
„ 2.	„	C 1—6.
„ 3.	„	C 7.
„ 11.	„	C 3.
„ 28.	„	C 1. 2.
„ 41.	„	C 1. 2.

*Ad singula haec sunt adnotanda:*

(p. 178 qui tertio), si agnati (p. 179 si cognati), fol. 8' pditer (p. 187 pdites), fuerat (p. 190 fuerit), incendiū (p. 190 incendit), fol. 9' oblaegatis (p. 193 oblegatis), fol. 10 titulū spondioribus (p. 196 titulū sponioribus), fol. 12' patris (p. 215, l. 2 patr.), fol. 13' supscriptio (p. 218 sudscriptio), fol. 14 secund (p. 225 secud), fol. 15' quia (p. 234 quia), fol. 21 agros (p. 269 agrus), fol. 21' sē quam si (p. 277, l. 7 sē si), fol. 23' maritū (p. 293, l. 3 maritū).

C 1. *Codex Parisiensis* 4415, olim *Colbertinus* 2459, *regius* 4701, 5, saeculo IX. scriptus, quem descripserunt *Haenel* l. c. p. LXVII, num. 33. et *Bluhme*, LL. III, p. 589. Foliis 86, 87. *codex inter Pauli sententiarum libr. V, tit. IV. V. eos titulos legis Romanae continet quorum rubricae sunt*: II. De homicidiis. III. De luctuosis hereditatibus. IV. De iure postliminio.

*Codicem ipse Parisiis mense Octobri 1888. denuo contuli.*

C 2. *Codex Parisiensis* 4414, olim *Bigotianus* vel *Memmianus* 98, *regius* 4890, 2, scriptus saeculo X, quem descripserunt *Haenel*, l. c. p. LXVI, num. 32. et *Bluhme*, LL. III, p. 590. *Continet foliis 135, 136. eosdem tres titulos legis Romanae ac C 1 additis numeris* II, XIII, XII. *Ipsa codicem Parisiis mense Octobri 1888. contuli.*

C 3. *Codex Vaticanus reginae Christinae* 520, olim *Petri Danicis*, deinde *Petavianus*, scriptus saeculo X, quem *Merkel*, LL. III, p. 3. et *Bluhme*, LL. III, p. 590. descripserunt. *Continet folio 99. titulos 2. 11. 1. legis Romanae, quorum rubricae non numeratae hae sunt*: De homicidiis. De commotionem litium. De patris vel matris donatione vel munificentia ad minorum.

*Inter titulos 11. et 1. novellae Marci tit. 1. invenitur; et in fine primi tituli legis Romanae scriptor librarius haec addit*: ista supra superiore sent. scribenda ē quia posteriorem requisivi.

*Collatione a Merkel b. m. facta, quae iam Bluhme praesto erat, usus sum.*

C 4. *Codex Montispessulanus schol. medic. H. 136, olim Petri Pithoei, deinde collegii Trecentis E. II, scriptus saeculo X, quem descripsit Haenel* l. c. p. LIX, num. 21, *in quo codice post legem Romanam Visigothorum folio 173. titulus 2. nostrae legis Romanae est, cui inscribitur*: In Dei nomine incipit lex Romana. De Homicidiis.

*Apographo huius tituli ab Haenel facto, iam a Bluhme adhibito usus sum.*

C 5. *Codex Basiliensis C. III, 1, olim Bonifacii Amerbach, codex transscriptus saeculo XVI. ex codice quodam Murbacensi, quem Haenel* l. c. p. XLVI. descripsit. *Continet post interpretationem novellae Valent. III. tit. 3. 'De homicidio casu facto' folio 101'. titulum 2. legis Romanae Burgundionum qui inscribitur*: Interp. de homicidio voluntario, a ceterorum codicum lectionibus nonnullis verbis discrepantem. *Quem partem esse codicis Theodosiani ratus Sichardus a. 1528. editioni Codicis Theodosiani fol. 96. lin. 8—23. ex codice Murbacensi transscriptum inseruit; ipse denuo illum contuli.*

C 6. *Alteruter codicum illorum edicti Theodorici, quos Pithoeus Nivellio bibliopolae typis exprimendos dedit, qui iam non supersunt. Continebat § 5. et 6. tituli 2. legis Romanae. Quomodo autem haec paragraphi in edictum Theodorici receptae sint, intelligi non potest, quod in editione a. 1579. plane ab eo separatae expressae sunt; auctor enim illius editionis, editionem a Sichardo curatam secutus, has duas paragraphos putabat non a Theodorico rege Gothorum, sed a Theodorico rege Francorum emissas esse; cfr. LL. V, p. 168; Gaudenzi in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.' VII, p. 45, not. 3; Brunner l. c. p. 357, not. 16.*

C 7. *Codex Parisiensis* 10753, de quo supra p. 15 conferas, continet folio 8. inter fragmentum Gai et interpretationem constitutionis 5. Theod. Cod. II, 9. priorem partem tituli tertii legis Romanae Burgundionum.

### III. DE EDITIONIBUS LEGUM BURGUNDIONUM.

#### § 6. De editionibus libri constitutionum et constitutionum extravagentium.

1. *Princeps editio est Tiliiana, ab Iohanne Tilio (du Tillet) parata, quae inscribitur*: 'Aurei venerandaeque antiquitatis libelli, Salicam legem continentis a Clodoveo Childberti

et Clotario christianissimis regibus prius editi et postremum a Carolo Magno emendati et aucti, item leges Burgundionum, Alamannorum, Saxonum, Baiuvariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendatiores et auctiores. Parisiis ex officina Jacobi du Pays 1573'.

Singulis autem huius operis partibus iam ante annum 1557. typis expressis, illa editio non plane nova est, sed collectio est partium iam ante singulatim editarum, inscriptione quae totum opus amplecteretur addita. Tertia pars quae 'Antiquae Burgundionum leges' inscribitur, 95 paginis librum constitutionum constitutionesque extravagantes continet; liber autem constitutionum indice titulorum ac prima constitutione antepositis, nulla inscriptione singulari addita, 89 numeratis titulis constabat; constitutiones extravagantes 'Additamento legum Burgundionum' 20 titulorum, atque 'Additamento secundo' comprehensae erant; erant omnes, si constitutiones iam in titulo 89. libri constitutionum exstantes excipimus, constitutiones extravagantes atque praeterea duo tituli legis Romanae codice A 4 servati (= Addit. I, tit. 1. et 19).

Quae editio princeps codices A 1. B 5. A 4 sequitur. Tilius etiamsi plerumque lectionem codicis A 1 recepit (illis scil. exceptis constitutionibus, qui codici A 1 desunt), tamen saepe codice A 4 usus est; saepe etiam aliquem locum immutavit. Quarum immutationum, quamvis nonnullae emendationes habendae sint, haud paucae tamen falsae atque plane reiiciendae sunt.

2. Editio Basilii Iohannis Heroldi, quae inserta est 'Originum ac Germanicarum antiquitatum libris' Basileae per Henricum Petri mense Septembri a. 1557. impressis, p. 149—158; cfr. Merkel, *LL. III*, p. 28; Bluhme *ibid.* p. 521. Titulum, qui est: 'In leges Burgundionum Gundobadi Regis praefatio' sequitur inscriptio primae constitutionis, deinde ipsa constitutio, loco nominum comitum primam constitutionem verba eius, qui librum edidit, vel, ut planius dicam, qui illi apographum typis exprimendum dedit, sequuntur: 'nomina autem triginta comitum qui hanc manibus constitutionem subscribentes roboraverunt, brevitati studens omittam'. Textus libri constitutionum in hac editione titulos 1—19. (§ 5) amplectitur; desinit liber constitutionum in verbo constituit, finis deest deeratque fortasse etiam codici manuscripto, quo Herold in editione sua usus est, id quod verbis: 'hactenus quae habere potuimus', demonstrari videtur. Glossae marginales, quae in editione sunt, emendationes eius, qui editionem curavit, videntur esse; litteras autem, quae variis in locis textui insertae sunt, ad notas, quae in appendice sequuntur, delegare coniecerim. Eiusmodi autem appendicem opus impressum non habet. Loco rubricarum, si quae longiores erant, qui codicem edidit breviores coartatasque posuit, rubricis quae in codicibus traditae erant cum textu coniunctis. Index capitulorum quem Herold libro suo praemisit codicis auctoritate niti non videtur. Codex ipse (B 11), qui editioni subest, iam non exstat: editio tamen videtur docere verba codicis accurate reddita esse, iis exceptis quae ad res orthographicas et grammaticas pertinent. Complures codices Heroldo praesto fuisse, verisimile non est, si consideramus, quam parvam partem libri constitutionum ediderit. Litterae autem quas commemoravimus singulares, orationi interiectae, non ad varias alii cuiusdam codicis lectiones videntur delegare.

3. Lindenbrogiana editio exstat in Friderici Lindenbruch 'Codice legum antiquarum . . . Francofurti apud Johannem et Andream Marnios et consortes anno 1613.' p. 261—308. et 1318—1325. Editori, qui opus inscribit: 'Lex Burgundionum', duae quae antecedunt editiones non ignotae sunt; editione quidem ab Heroldo curata raro utitur, editionis autem principis amplitudinem et formam sua editione imitatus est. Contra in verbis constituendis saepius codices Parisienses B 2 et B 4 sequitur neque desunt lectiones, quae non traditae, sed ab eo, qui opus edidit, emendatae sint. Litteris 'ms.' vel 'mss.' ad codices B 2 et B 4, litteris 'al.' ad editionem principem delegatur.

4. Editio Petri Georgisch, in 'Corpus iuris Germanici antiqui . . . , Halae Magdeburgicae 1738.' coll. 333—408. inserta, nova collatione codicum non nititur.

5. *Editio Martini Bouquet in 'Rerum Gallicarum et Francicarum scriptorum' tom. IV (Parisiis 1741), p. 253—282. editione Lindenbrogiana nititur. Verba auctoris p. 253: 'Lindenbrogianam editionem contulimus cum duobus codd. mss. regis 4490 et 5190', cum codicibus A 1 et B 4 usum esse indicio sunt; neque tamen omnibus in rebus hoc factum est, neque lectiones variae a Lindenbruch allatae omnes receptae sunt. Paucis denique rebus verba huius editionis a tertia editione distant (cfr. inscriptionem nominum comitum). Denique in notis nonnulla insunt 'ad explicandum legum sensum'.*

6. *Editio Pauli Canciani exstat in 'Barbarorum legum antiquarum' (Venetiae 1789), tom. IV, p. 1—41. Etiam haec editio ex Lindenbrogiana manavit, iisdem lectionibus variis redditis quas Lindenbrogiana habet; nova collatione non nititur, nonnullas tamen notas ad rem pertinentes praebet<sup>1</sup>.*

7. *Ferdinandi Walter editio in 'Corporis iuris Germanici antiqui' (Berolini 1824), tom. I, p. 299—350. exstat. In universum editionem Lindenbrogianam reddit, sed — qua re a prioribus editionibus discrepat — lectionibus variantibus aucta est ex fragmentis Spangenbergi (ad codicem B 4 pertinentibus) susceptis; neque lectiones variae editionis Heroldi neglectae sunt; cfr. Walter in praef. ad tom. I, p. X.*

8. *Monfalconiana editio, cuius titulus est: 'Lex Burgundionum sive edicta regis Gundobaldi ex optimis editionibus collegit et commentationibus varietatem adiecit Ioannes Baptista Monfalcon, Lugduni excudebat Aimé Vingtimier 1857'. Quae editio editionis Canciani verba notasque illa declarantes reddit, neque vero lectiones varias priorum editionum; necnon loci ex Gaupp et Peyré assumpti ad interpretationem identidem afferuntur.*

9. *Editio, quam Fridericus Bluhme in Monumentorum nostrorum tomo III, (u. 1862), p. 497—578. praebuit, de qua ipse verba facit in praefatione l. c. p. 522—524. Auctoritas huius editionis in eo posita est, quod auctor omnia quae huc pertinerent colligenda sibi sumpsit. Collationibus accuratioribus carebat. Primo titulos 1. et 19. Additamenti I. a constitutionibus regum Burgundionum colligendis seclisit; deinde cum Additamenta I. et II. separari non posse intellexisset, numero CV tituli: De bovis si quis pignorerit (A 4. B 6—10) nitens librum constitutionum vel, ut ipse inscribit librum: 'Gundobadi legem inter Burgundiones et Romanos' amplificavit plerosque priorum editionum titulos Additamenti I. (exceptit Addit. I, tit. 1. 19. 20) adiciens. Huiusmodi codices B 6—10 secutus contextum 105 titulorum obtinuit titulisque quattuor alias constitutiones, quas 'Legis Gundobadae capitula extravagantia' inscripsit, numeris 106—109. notatas, addidit (nostr. ed. Const. extr. 18—21).*

10. *Editio, quam C. Binding a. 1880. inscriptam: 'Lex Burgundionum' in 'Fontium rerum Bernensium' tomo I, p. 90—134. emisit. Quae, ut auctor ipse l. c. p. 90. monet, ex editione, quae exstat in I.L. III, p. 525—578., ita transcripta est, ut correctior quidem, non plane nova sit. Quamquam autem editionis, quam Bluhme curavit, formam sequitur, tamen numeros titulorum 89—109. ad librum constitutionum referri non posse, auctor ipse confitetur. Editio primo codice Parisiensi 4626 (= A 2 nostr. ed.), deinde omnibus omnino codicibus classis A nititur. Recentioribus collationibus auctor usus est, lectiones varias nisi maxime necessarias non afferens.*

11. *Editio, quam J.-E. Valentin-Smith inscriptam: 'La loi Gombette' per multos annos iam paratam fore ut haud longo temporis spatio ad finem perducere possit sperat. Is omnes codices nobis notos constitutionum Burgundionum integros edendos sibi sumpsit atque iam nunc compluribus fasciculis annis 1889. et 1890. editis, nonnulli horum codicum*

<sup>1</sup>) Editione Amadutiana legis Romanae usus est Canciani in add. I, 1 et 19.

publici iuris facti sunt. Addidit translatos in linguam Francogallicam nonnullos locos ex Gaupp, *Die Germanischen Ansiedlungen und Landtheilungen* (1844), deinde translata praefationem editionis legis Burgundionum a Bluhme curatae. Qua de causa codices legis iisdem notis insigniuntur, quibus Bluhme usus est. Restat, ut moneam, me in conscribenda nostra editione hanc viri illustrissimi Valentin-Smith editionem, qua-  
5  
tenus prodierit, examinavisse eaque usum esse.

Ut nihil omittam, moneo constitutionem extravagantem 20. separatim a Pardessus in nova *'Diplomatum, chartarum etc. prius a Bréquigny et la Porte du Theil collectarum'* editione, Parisiis (1843), tom. I, sub num. 97. divulgatam, repetitam a Bluhme in *'Jahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts'* 1857, tom. I, p. 83, constitutionem extravagantem 21. ab  
10  
eodem editam in eisdem annalibus tom. V, p. 208—213. exstare.

### § 7. De editionibus legis Romanae.

1. Princeps editio legis Romanae est Iacobi Cuiacii. In indice operis a Cuiacio anno 1566. Lugduni apud Guliel. Rovillium editi, quod praecipue codicem Theodosianum continet, verbis *'Papiani liber Responsorum, qui etiam nondum fuerat editus'*,  
15  
nostra lex Romana significatur, quae expressa est p. 694—707. Editio 47 titulos habet, quorum in primo rubrica: De pactis inter virum et mulierem et verba Papiniani resp. libri I. ad legem Romanam non pertinentia inveniuntur. Titulus 28. nostrae editionis falsa distributione tit. 12. factus est; titulus 26. nostrae editionis deest; cfr. Barkow  
l. c. p. IV.

2. In editione secunda codicis Theodosiani a Iacobo Cuiacio anno 1586. Parisiis apud Sebastianum Nivellium curata iterum in indice verba *'Burgundionis IC., qui Papiani Responsorum titulum praefert (alia exemplaria: praetulit) liber'* ad nostram legem, quae p. 138—152. expressa est, spectant. Quae editio 46 titulos continet, omissus est  
20  
tit. 1. prioris editionis; tit. 28. nostr. ed. loco tit. 11. remansit itemque deest tit. 26. nostr.  
25  
ed.; cfr. Barkow l. c. p. VI, num. 3.

Secunda editio non simpliciter verba prioris reddit<sup>1)</sup>, sed sat multas emendationes habet.

Sed non solum id quaeritur, num Cuiacius in conscribenda sua editione codicibus quibusdam nobis non servatis usus sit, sed etiam ea existit quaestio, utrum editio secunda  
30  
codicibus nitatur, qui Cuiacio in editione principe praesto non essent, an ea, quibus editiones inter se distent, alio quodam modo sint explicanda. Mea quidem sententia Cuiacius in editione principe codice A 4 eodemque etiam in editione altera paranda, adhibito tamen nonnunquam codice A 5, usus esse videtur. Deinde in titulis 1. 2. 11. codice  
C 3, in tit. 2. 28. 41. codice aut C 1 aut C 2 usus est. Si diiudicandum sit, uter codex  
35  
usurpatus sit, indicia nonnulla quidem sed haud magni momenti ad codicem C 2 delegare videntur. Postremo ad verba titulorum 2. 17. 44. editionis secundae constituenda adhibebantur eae editiones, quibus hi tituli una cum aliis iuris fontibus usque ad annum 1586. emissae sunt; usus est Cuiacius in hac altera editione *'antiquis legibus Burgundionum'* (Tili), quas ipse affert initio editionis, deinde Codice Theodosiano edito  
40  
a Sichardo, ex quo in titulo 2. locum desumpsit, ad quem etiam glossa marginali delegat his verbis: *'al. dominus noster Theodoricus rex Francorum'*, fortasse etiam editione principe Edicti Theodorici.

1) Editio, quae anno 1586. Genevae emissa est, quorum exemplaria nondum divendita mutato titulo nomine editionis Lugdunensis a. 1593. iterum edita sunt, ex editione principe a. 1566. excerpta est; ea  
45  
quoque editio, quae Parisiis a. 1607, emissa est, ex nondum divenditis exemplaribus editionis Parisiensis anni 1586. — mutato titulo — videtur constare; cfr. Barkow l. c. p. VI—X.

Nostra autem opinio, Cuiacium codicibus A 4 et A 5 usum esse, non solum comparatis editionibus cum illis codicibus, sed etiam ea re comprobatur, quod codices Petri Pithoei erant, quem socium in edendo libro (a. 1566) se habuisse Cuiacius ipse confitetur. v. Savigny, Merkel, Barkow, Tardif sententiam a nobis refutatam defenderunt  
 5 Cuiacium et in editione principe et in editione secunda codicibus esse usum, qui nobis servati non sint.

3. In collectione fontium iuris Romani sub titulo: 'Iurisprudentia vetus antejustiniana', Lugduni Batavorum a. 1717. emissa, auctor Antonius Schulting p. 827—854. hanc nostram legem Romanam 'Papiani liber responsorum' inscriptam edidit. Quae editio quod  
 10 ad verba attinet<sup>1</sup> ex editione Parisiensi anni 1586. manavit. In notis praeter lectiones varias editionis principis egregiae explicationes verborum legis praebentur. Repetita est haec editio a. 1737. Lipsiae in officina Weidmanniana, et a. 1744. curante Ios. Finestresio Cervariae; cfr. Barkow l. c. p. X.

4. Una cum 'Legibus novellis 5 anecdotis' a. 1767. Romae Iohannes Christophorus  
 15 Amadutius legem Romanam p. 131—295. edidit, 'Lex Romana seu responsum Papiani' superscriptam; in superiore parte paginarum legitur textus legis e codice A 2 cum omnibus vitiis et notis siglisque accuratissime transcriptus, in media parte textus legis ab editionis auctore 'suae lectioni restitutus' praebetur, in infima denique parte cuiusque paginae leguntur notae, variae lectiones tam editionum priorum quam codicum A 2  
 20 et A 3. Editio, ut codex A 2, titulos 48 habet, index titulorum deest (cfr. autem tabulam cod. A 2 p. XIX). De auctoritate notarum orationem explicantium cfr. v. Savigny l. c. II<sup>2</sup>, p. 33; Barkow l. c. p. XXXIII.

5. In tomo II. collectionis 'Iuris civilis antejustiniani', a Gustavo Hugo a. 1815. Berolini editae, p. 1499—1541. a Friderico Augusto Biener editio legis Romanae re-  
 25 cepta est, quae 47 titulis constat atque praeter lectiones editionis Cuiacianae Amadutianaeque etiam lectiones varias codicis A 5 continet.

6. 'Lex Romana Burgundionum' 47 titulis constans a. 1826. ab Augusto Friderico Barkow Gryphiswaldiae edita est. Qua ratione et quo consilio haec editio adornata sit, cfr. praef. edit. p. XXXIII. Recentes collationes editori praesto non erant; quae autem  
 30 lectiones iam antea in libris impressis prolatae erant, eas quam diligentissime composuit legemque commentario egregio illustravit<sup>2</sup>; id potissimum demonstrare contendit, e quibus fontibus genuini iuris Romani unusquisque titulus derivandus sit.

7. De editione, quam Fridericus Bluhme in Monumentorum nostrorum tomo III (a. 1862), p. 579—624. inscriptam: 'Lex Romana, vulgo Papianus dicta, Gundobadi regis  
 35 iussu composita' titulis 47 edidit, ipse ille disseruit in praef. p. 594. Excepto codice A 2 collationibus auctor nititur vel omnino tunc primum vel denuo ab ipso factis, nonnullasque coniecturas praebet, quarum quamquam plurimae recte sese habere videntur, nonnullas probare non possum; adnotatione critica quam vocant lectiones variae codicum, notis fontes Romani legis, Barkow auctore, afferuntur.

8. Editio in 'Fontium rerum Bernensium' tomo I (a. 1880), p. 135—152. emissa verba  
 40 editionis a Bluhme curatae reddit.

Denique admonemus, Angelum Maium fragmenta, quae servata sint codicis A 1, titulos 28—36 (nostr. ed.) continentia in 'Iuris Romani antejustiniani fragmentis', Romae et Berolini 1823. et 1824, p. 104—108, et in 'Scriptorum veterum collectione' tom. I, Romae  
 45 1825. et 1831, part. IV, p. 80. 81, edidisse; cfr. Barkow l. c. p. XXI; deinde Antonius

1) In praefatione haec lectori auctor dicit: manu exaratorum codicum praesidium si mihi adfuisset, non dubito, quin nonnulla inde quoque potuissent produci, quae in rem meam verterem. 2) Specimen editionis a Barkow iam a. 1817. editum paginis 16 monitum ad lectorem et primum atque secundum titulum legis Romanae habet.

Zirardinus anno 1766. titulum 26. ex codice A 2 in 'Imp. Theod. et Valent. novellis legibus' p. 521. emisit. Praeterea una cum aliis collectionibus fontium iuris Romani separati tituli 2. 17. 44 legis Romanae editi sunt a Sichardo, Tilio editoribusque legis Gundobadae; quod iam supra p. 22. commemoratum est.

Hanc legem Romanam et edere et in linguam Francogallicam transferre etiam J.-E. Valentin-Smith, in animo se habere mihi indicavit.

#### § 8. De nostra editione legum Burgundionum.

Ex eis, quae de historia legum Burgundionum et de codicibus, quibus traditae sunt, disserui, efficiuntur rationes, quibus in legibus illis edendis uti oporteat, scilicet omnes leges et in una editione comprehendendas et in tres partes esse dividendas. 10

Appellatio libri constitutionum, quae primae parti inscribitur, ex primae constitutionis inscriptione, quam omnes codices praebent, desumpta est. Quam appellationem, etsi non a temporibus regum Burgundionum repetita est, tamen aetate maiorem esse constat reliquis nominationibus, quas praeter eam in codicibus manuscriptis legimus. Memoria multorum saeculorum etiam nomen legis Gundobadae confirmatum est; quam appellationem 15 priori ea de causa postponimus, quod collectionem constitutionum genuinam, a Gundobado exeunte V. saeculo compositam, integram ad nos non pervenisse cognovimus, sed mutatam posterioribus et Gundobadi et Sigismundi legibus. Appellatio autem, quam proposuimus secundae parti, ex se ipsa probatur, constitutionibus iis extravagantibus nominatis, quae ut ita dicam, extra librum constitutionum vagantur. Appellatio denique 20 tertiae partis, lex Romana, omisso verbo Burgundionum, quod supervacaneum videtur esse, si titulum principalem respicimus, codicibus tradita est, et verba, quae exstant in libri constitutionum pr. const. § 8: 'forma et expositio legum (sc. Romanarum) conscripta', ad legem nostram sine dubio referenda sunt; eam autem appellationem temporibus regni Burgundici usitatam fuisse non est veri simile; appellatio denique 'Papianus' plane 25 negli- genda est, cum eam falsam esse iam dudum cognitum sit.

Restat, ut pauca etiam verba de nostra editione ipsa faciam:

Titulorum numeri libri constitutionum legisque Romanae certi sunt; incerti sunt quos constitutionibus extravagantibus adieci; ordo constitutionum extravagantium qualislibet esse potest; ut autem iam Tilius et Bluhme quam maxime potuerunt ordinem 30 codicum secuti sunt, ita in nostra editione id spectavimus, ut ii tituli antecederent, qui in compluribus codicibus certo ordine redduntur.

In nonnullis codicibus singuli tituli in particulas quasdam distribuuntur, cui partitioni nostra paragraphorum distributio non semper respondet, cum plane ad meum arbitrium titulos paragraphis disposuerim, quamquam nonnumquam, priores editiones 35 respiciens, minus aptam partitionem servavi. Etiam Bluhme in hac re editionem Lindenbergianam, itaque Tilianam secutus est, et cum Tilius partitionem suam ex codicibus A 1 et A 4 deprompserit, priores editiones cum his codicibus consentiunt, nisi quod numeri nullo in codice adiecti sunt.

Duae praecipue res observandae sunt: 40

Supra exposuimus, quosdam codices in fine libri constitutionum (post tit. 88), eius quasi partem, nonnullas continere constitutiones, quae secundum nostram opinionem, ordine codicum optimorum approbatam, censendae extravagantium, itaque etiam in editione legum Burgundionum numero constitutionum extravagantium adscribendae essent. Editione 45 nostra id demonstrari velim, nonnullis codicibus (B 6—10) eos titulos, qui tit. 88. sequantur, continua numeratione adiunctos itaque librum constitutionum 105 titulorum traditum esse. Utile autem mihi visum est, propriam inscriptionem titulo 89. anteponi.

Prima constitutione ea forma, qua primo lata est, codicibus non tradita, nostrae editionis forma A legis Gundobadae genuinae initium restituere conatur; litteris autem 'etc.'

ad contextum formae B delegatur; quibus litteris id tantum demonstrare volumus, § 2 cum § 1 cohaeruisse, in dubio tamen relinquentes, an reliquus textus (§ 2 sqq.) olim talis fuerit, qualis in codicibus nobis traditus est. Forma B initii primae constitutionis eam formam exhibet, qua codicibus traditur. Quae auctoritas huic traditioni attribuenda sit, iam supra diximus.

10 Editio libri constitutionum praecipue codicibus A 1 et A 2 nititur, sed non adeo, ut, ubi in iis manifestus error est, haec falsa lectio in textum recepta, rectior lectio inter notas tantum commemorata sit; nam etiam hoc observandum est, lacunas quasdam horum codicum ex aliis codicibus explendas fuisse; omnes autem lectiones in contextum non receptae codicis A 1 vel A 2 inter notas inveniuntur. Apparatus variarum lectionum fortasse maior et inutilis videtur, sed potius ampliora quam minora praebere volui; innumerabilia tamen vitia orthographica et grammatica, quae cum in ceteris codicibus, tum in A 3. B 1. B 6 occurrunt, omisi. Quod ad constitutiones extravagantes attinet, imprimis codices A 3 et A 4 respiciendi erant.

15 Denique ut ad legem Romanam transcam, ex fragmentis codicis A 1 apparet, quam perversum sit, quod in codice A 2, cuius auctoritas fere gravissima est, lectio corrupta sive lacunosa sive mendosa inveniatur, ideo lectiones codicum A 3—5 in notas tantum loco variarum lectionum recipere.

20 Quos locos coniectura emendatos in textu exhibui, uncis inclusi sunt. Nonnumquam etiam priorum editionum lectiones reddidi, Cuiacii — sunt enim, qui eius lectiones tantidem, quanti codicum fidem faciant — Tilianae, Lindenbrogianae, aliarum co consilio, ut, qua re inter se differrent et quae homines docti emendare vellent, ostenderem.

<sup>30</sup> *hanc perennitatem nostram observationis adiecissem mensuram, ut secundum legem ... relegationem ... rei deportatio ... sequatur ... denunciata omnibus perimendi licentia ... ut .. caesus iure videatur; interpr. constitutionis, in L. Rom. Visig. non receptae, non extat.* 1) *Cfr. Lib. const. tit. 51: De his, qui debitas filiis substantiae suae non tradiderint portiones.* 2) *Cfr. infra tit. 36.* 3) *Cfr. Valent. III. Novell. tit. 34, c. un. (a. 452.), § 10: ... Si expleto filiorum vicensimo anno medietatem portionis suae unicuique dare noluerit (sc. pater), soboli, quae medietatem ex bonis maternis a patre non fuerit consecuta, post obitum patris a successoribus ... iubemus exsolvi (interpr.: fructus eius medietatis, quam daturus erat, .. filius de paterna hereditate a successoribus eius ... recipiat). Accuratius hoc ipso fonte cum lege nostra convenit L. Vis. IV, 2, 13 = *Fragm. Vis. 321 ed. Bluhme.* 4) *Huius paragraphi verba obscura et, ut videtur, corrupta sunt; cfr. Barkow ad h. l.* 5) *Cfr. Lib. const. tit. 52: De mulieribus desponsatis, quae ad aliorum consortium adulterio instigante transierint.* 6) *Cfr. Cod. Theod. III, 5: De sponsalibus, c. 6 (a. 380.), interpr.: Sin ... puella ... susceptas arras vel ipsa vel parentes, tutores curatoresve tenuerint, id observandum est, ut si fidem placiti mutare voluerint et illum renuant, cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam ... teneatur persona, quaecumque de puellae nuptiis placitum fecit ... Si ... de nuptiis puellae mater, tutor aut curator aut propinquus aliquis definierit, et puella alteri nubere maluerit, ipsa sponso priori de propriis facultatibus satisfaciatur in quadruplum, quod accepit; haec tamen conditione servata, ut ... contra praedictas personas agere possit (const.: actio ... reservetur), si illius arras, quem tenuit, illis cogentibus invita suscepit (const.: ... se ostenderit fuisse compulsam).**



[2.] Hoc etiam constitutum, ut quisque datis arris intra biennium nuptias celebrare tardaverit, sine arrarum solutione liceat parentibus puellam desponsatam alii matrimonio sociare<sup>1</sup>.

[3.] Similiter constitutum<sup>2</sup>, ut qui datis arris puellam declinat accipere, id, quod arrarum nomine datum probatur, amittat; quod vero a patre puelle muneris gracia 5 puer acciperat, reformetur.

#### Titulus XXVIII. De<sup>3</sup> luctuosis<sup>4</sup> hereditatibus.

[1.] Defuncto filio pater succedit; quod si patrem non habuerit, avus paternus iure succedat; quod si et ille defuerit, fratres defuncti succedant; quod si et ipsi defuerint, mater succedet; quod si fuerit mater defuncta, frater et soror succedant. 10

[2.] Mater per fratrem excluditur, et in successione frater cum sorore aequa sorte succedat.

[3.] Quod si frater defuerit, mater et filie, quante fuerint, aequales capiunt portiones, secundum speciem Pauli libro quarto: De intestatorum successione. Ad Senatusconsultum Tertullianum<sup>5</sup>. 15

#### Titulus XXIX. De<sup>6</sup> caballis, quibus os aut scindola ad cauda legata fuerit.

Si quis caballum ligando ei os aut scindola vel per pannum rubrum eum ita turbaverit, ut pereat, si factum suum non negaverit, simbla hoc satisfactione componat; si negaverit et convictus fuerit, dupli secundum legem Aquiliam, qua inficientes duplo 20 tenentur<sup>7</sup>.

1 const. est, ut si quis *Cuiac.* dare arras A 4.5; dedit a. *Cuiac.* || 2 sine — desponsatam *solus* A 2. tam alii A 4.5; tum mulier alii se *Cuiac.* || 3 sociare] impune possit *add. Cuiac.* || 4 constitutum A 2. arras puella A 2. acceperit A 2. || 5 arrarum *om. A 2.* amittat A 4. quod virum A 4.5; et quod vicissimi *Cuiac.* || 6 haccperat A 5. || 7 *Extat hic titulus in A 2. C 1 (sub numero III), C 2 (sub numero XIII) et pro parte in A 1, cuius partes abscisae vel deletae in tabula a Blukme LL. III, p. 583 exhibita exacte indicatae sunt.* || 8 quod — succedat *om. A 2.* || 9 quod *om. C 1.2, Cuiac.* sin et ipsi C 1; sed nec ipsi C 2; si nec ipsi *Cuiac.* defuerint] fuerint C 1.2, *Cuiac.* || 10 succedit C 1; succedat C 2. succedant *om. C 1.2, Cuiac.* || 11 successionem C 1.2. sororem C 1.2. || 12 succedunt A 2. || 13 defuerit] non fuerit C 1.2, *Cuiac.* et filie] cum filii C 1.2; cum filiabus *Cuiac.* quantitate C 1.2. 30 equalis A 2. capiunt] accipiunt A 2. || 14 speciem] sententiam C 1.2. lib. III A 2; lib. quartus C 2. successione] C 1.2, *Cuiac.* || 15 Tertullianum *om. A 2; Tertulliano C 1.2.* || 16 *Extat hic titulus in A 1.2.4.5; in A 4 sub numero XXVII. Rubr. et num. desunt A 1. In margine A 5: Hic require, qui caballum alienum espaventaverit et pereat. Si quis cab. pro De cab. quibus, Cuiac. ossum A 4.5, Cuiac. scandala (scandula A 5) ligaverit, om. fuerit, A 4.5, Cuiac.* || 18 caballo A 4, *Cuiac.* legandu 35 A 1; legandi A 2. ei *om. Cuiac.* ossum A 4.5, *Cuiac.* scandalam A 4, *Cuiac.*; scindulam A 5. per *om. A 4.* rubrum A 4. || 19 pereant A 2; pareat A 4. non *om. A 2.* simpli A 5, *Cuiac. b;* simplici A 4, *Cuiac. a.* hoc *om. Cuiac.* || 20 duplam A 2; duplum A 4.5. secundum A 1. Aquiliani A 2; Aquilea A 4; Aquilia A 5. quam inter A 4.5. inficientis A 4.5; inefiantes A 2. duplum A 2. || 21 tenetur A 4.5.

1) *Cfr. Cod. Theod. III, 5, c. 4 (a. 332.), interpr.: Si quis ... de puellae coniunctione definierit, 40 debet .. intra biennium nuptias celebrare; quod si tarditate .. biennii excesserit, et alio viro se puella coniunxerit, absoluta erit a calumnia, vel ipsa vel quicumque suorum eam tradiderit (const.: quodsi, qui puellam desponderit, alteri eandem sociaverit ..).* 2) *Cfr. Cod. Theod. III, 2, c. 2 (a. 319.) et interpr. h. c.; Cod. Iust. V, 3, c. 2.* 3) *Cfr. Lib. const. tit. 53. et supra tit. 10.* 4) *Cfr. Form. Turon. 24; Cart. Senon. 31, LL. Formul. p. 148, l. 15; p. 199, l. 10.* 5) *Laudantur 45 Pauli Sent. rec. IV, tit. 8 et 9; qui tamen prorsus alia atque hic legis nostrae titulus continent.* 6) *Cfr. Lib. const. tit. 73 sub eadem rubrica.* 7) *Cfr. supra tit. 14, 8; Gai Instit. III, 216. 219; D. XLVII, 2, l. 50, 4.*

Titulus XXX. De<sup>1</sup> apparitoribus.

[1.] Ne quis omnino exequi praeceptionem praesumat, nisi per principes apparitorum officii probatoria ordinatus<sup>2</sup>.

[2.] Et ab his, quos conveniunt, si ad praeceptionem domni regis de causis<sup>5</sup> singulis, seu divisis, seu in unum consortes, qui pulsati fuerint, teneantur, non amplius ab executoribus, quam solidus in sportola requiratur<sup>3</sup>.

[3.] Hii vero, qui conveniuntur, quos consortes habent, et in principio litis nominare debebunt, ut et ipsi conventi audientie tempore<sup>4</sup> deesse non possint<sup>5</sup>.

[4.] Agrorum<sup>6</sup> vero consortes, si divisas in uno agro portiones habent, quod<sup>10</sup> quicumque in agro ipso possidet, asses singulorum ei recensendus est, quia per uncias divisa possessio in singulorum portionibus assim facit.

[5.] Ipsi etiam apparitores agnoscant, quod eis a suscepto officio discedere non licebit, nisi vacationis beneficium a principe officii consequantur<sup>7</sup>.

Titulus XXXI. De<sup>8</sup> praescriptione temporum.

[1.] De praescriptione temporum constat legibus constitutum<sup>9</sup>: ut tricennem constitutionem in hereditariis causis, in repetitione legatorum, in pecuniariis, id est

1 *Exstat hic titulus in A 1. 2. 4 (T. XXVIII). 5, ubi legitur nota marg.: Hic require de consortibus. Rubrica et numerus desunt A 1. apparitoribus A 2. || 2 perceptionem A 2; praeceptione A 4. 5. praesumpsit A 4. 5. per om. A 4. 5, Cuiac. principis Cuiac. apparat ... A 1; apparitorum A 2. || 3 probatoriam A 2; probatoria A 4. 5. ordinatus A 1. || 4 ad om. Cuiac. a A 4. praeceptione A 2. 4. 5, Cuiac. domni regis om. A 4. 5, Cuiac.; .. dn rerer A 1. || 5 divis] de viris A 4. 5, Cuiac. a; de universis Cuiac. b; divisim coniecit Barkov. seu] et A 2. consortis A 2. 4. 5. qui om. A 4. 5, Cuiac. teneantur om. A 4, Cuiac.; ineantur A 5. || 6 exsecutoribus A 2; executores Cuiac. solidum A 1, Cuiac.; solus A 5; soledus A 2. sportula A 5; sportulas requirant Cuiac. || 7 Hi A 4. quos] si quos A 2; si quis A 4. 5. consortis A 2. 4. et om. A 4. 5. lites A 1; lite A 5. nomena A 2; returnare A 5; returna A 4; denuntiare Cuiac. || 8 conventi om. A 4. 5. Cuiac. ad audientiae A 4. 5. esse A 5. || 9 Agrorum A 4. consortis A 2. 4. 5. divisas] divisa sint A 4; divisae sunt Cuiac. in om. A 4, Cuiac. uno] quacumque A 4. 5; quaecumque Cuiac. portionis A 2. 4. 5. habeant A 2; habint A 1. || 10 cuicumque Cuiac. agro suo possessio (sua portio Cuiac.), om. ipso — divisa, A 4. 5, Cuiac. possedit A 1. singulorum ei recensendus est] sic<sup>30</sup> A 2; singu ... A 1; singulos esse censendos ex coniect. Bluhme. quia — portionibus desunt A 1. || 11 portionibus] possessionibus A 4; possionibus A 5; possessione Cuiac. assim facit ex emend. Amad.; assi (deest A 1) facti A 1. 2; a se facent A 5; esse facent A 4; esse fecerit Cuiac. || 12 apparitoris A 2; apparat ... A 1; apparitoribus A 4. 5. acnuscant A 5; ac cognuscant A 2. eis om. A 2. a] has A 4. officio discedere] conditio descendere A 2. || 13 vocatione A 1. beneficio A 2. consequatur A 2. 4. 5. ||<sup>35</sup> 14 *Exstat hic titulus in A 1 (ubi numerus et rubrica desunt), A 2. 4 (T. XXIX). 5. perscriptione A 2. ||*  
15 Id est (Id Cuiac.) loco De praescriptione temporum A 4. 5, Cuiac. inscriptione A 2; A 1 h. l. laceratus. tricennale A 2; tricennale A 4. 5. || 16 constitutione A 2. 4. 5. causis] et add. Cuiac., Bluhme. repetitione] odicere petitione A 4. 5. ligatorum A 4. 5.*

1) Cfr. *Lib. const. tit. 76*: De wittiscalcis; *Ed. Theoder. 73*; *infra tit. 47*. 2) Cfr. *Cod. Theod. VIII, 7*:  
<sup>40</sup> De diversis officiis et apparitoribus et probatoriis eorum, c. 21 (a. 426., a *compilatoribus Legis Rom. Visig. non recepta*): Nemo aliter ad ... admittitur officium, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit; *Cod. Theod. VI, 28, c. 1*. 3) Cfr. *Cod. Iust. XII, 21*: De principibus agentum in rebus, c. 8 (a. 484.): ... Quotiens .. ipsi ... sive per se sive per procuratores conveniantur, non amplius quam unum solidum exsecutoribus sportularum nomine praebere compelli ...; *Cod. Iust. XII,*  
<sup>45</sup> 19, c. 12, § 1; I, 3, c. 25, § 2; c. 32, § 5. 4) Cfr. *Lib. const. tit. 19, 1*; *infra tit. 33, 2*. 5) Cfr. *Cod. Iust. III, 19, c. 2 (a. 331., a compilatoribus Legis Rom. Visig. non recepta)*: Si quis ... possidens immobilem rem litem ... sustineat, debet statim in iudicio dominum nominare, ut ... actoris intentiones excipiat. 6) *Ex fonte incognito*. 7) Cfr. *Cod. Theod. VIII, 7, c. 16 (a. 385.)*; *Valent. III. Novell. tit. 21, c. un., § 1*. 8) Cfr. *const. tit. 79*: De praescriptione temporum; *supra tit. 8, 5*; *9, 3*; *infra tit.*  
<sup>50</sup> 36, 9; 38, 2; 39, 3; 44, 1. 9) Cfr. *Valent. III. Novell. tit. 34*: De episcopali iudicio et de diversis negotiis c. un. (a. 452.), § 12, *interpr.*: Tricennale .. legem ... iubet ... custodiri ..; quae vero actiones

cerografis, hoc est viventum cautionibus<sup>1</sup>, de repertis fugitivis, adversus fiscum vel pro fisco, vel infirmando per inminutionem vel nota testium testamenti<sup>2</sup>, custodiant iudicantes.

[2.] Reliquae vero causae in expressis metarum suarum terminis finiuntur<sup>3</sup>; id est de inofficiosis testamentis, de inmodicis donationibus<sup>4</sup>, hoc est, ubi Falcidia filiis non reservantur<sup>5</sup>, intra quinquennium debere et proponi et peragi de non numerata pecunia<sup>6</sup>.

[3.] De servitutibus vero superiore titulo comprehensum, quid qualiter iudices debeant observare<sup>7</sup>.

[4.] Si quis duas centesimas pro cautione sibi stipulari fecerit aut fieri pertulerit, etiam eius pecuniae, quam praestet, amissione multabitur, secundum legem Theodosiani: De usuris<sup>8</sup>.

1 cyrographis A 2; cyrographariis A 4; cyrographariis A 5. hoc est] heres esse A 4.5. cautionis A 4; cautionis A 5. de om. A 4.5. fugivis A 2. fisco A 1.2. || 2 vel pro fisco om. A 2; vel pecus quas (qua A 5) A 4.5; vel respub. Cuiac. de infirmando (infirmanda Cuiac.), om. vel, A 2.4.5, Cuiac. per 5 inminutionem] sic A 2; in A 1 nihil nisi ... tione; operarem inminutionem A 4; opera rem inminutionem A 5; operum munitione Cuiac. nota] nucliam A 2; per notitiam A 4.5, Bluhme; pro notitia Cuiac. testium om. A 5, Cuiac.; testium A 4. testamentorum A 4.5, Cuiac.; tes ... A 1. custodiat A 4.5. || 3 iudicatis A 4. || 4 reliqui A 1. intra A 4.5, Cuiac. expressu A 1; expressus A 2; expensas A 4.5; expansos Cuiac. mitarum A 1. terminus (os) A 2.4.5, Cuiac. || 5 inofficiosi A 5. et inmodicis, om. de, A 4.5, 20 Cuiac. est om. A 1. Falcidia A 1.4, Cuiac. || 6 servantur A 2; h. l. laceratus A 1. quinquennio A 1. debirit A 1; deberi A 2.4; eas debere Cuiac. debere proponi, om. et, A 4.5. et de Cuiac. de numerata (numera A 2), om. non, A 1.2; domino (dño A 5) mirata A 4.5. || 8 comp. est Cuiac. qui A 4.5. qualiter om. Cuiac. || 10 sibi pro cautione stipulare A 2; sibi quemque (quem Cuiac.) stipulari, om. pro cautione, A 4.5, Cuiac. || 11 eius om. Cuiac. quam om. A 4, Cuiac.; quem A 2. praestet 25 A 5; praestitae Cuiac. ammissione A 4. Theod A 4; Teuhud A 5.

perpetuae fuerunt; et ad tricennium revocatae sunt, placuit annecti, id est: hereditatis petitio, si tamen ab auctore, cui competebat, fuerit inchoata finalis actio, homicidii, furti, tutelae gestae, de fugitivis, de curialibus vel de collegiatis revocandis, empti venditi, locati et conducti, negotiorum gestorum, mandati, pro socio; Valent. III. Novell. tit. 26: De triginta annorum praescriptione omnibus 30 causis opponenda, c. un. (a. 449.), § 4: De originariis et colonis, inquilinis ac servis utriusque sexus, peculiis atque agnationibus designati iuris id est: perpetui, patrimonialis, emphyteuticarii et rei publicae, post XXX annorum curtacula nulla deinceps actio moveatur. 1) Cfr. Cod. Theod. II, 27 c. 1 (a. 421.): Super chirographis, mortuorum. ... Sed si viventis ... facta cautio ... Si inter praesentes utrosque viventes. ... 2) Perperam coniecit Bluhme: per capitis deminutionem. Infirmitur testa- 35 mentum 'per inminutionem', si necessaria quaedam praetermissa sunt in conficiendo testamento (cfr. Cod. Theod. IV, 4, c. 3, pr. et interpr.; Cod. Iust. VI, 23, c. 28), vel si post testamenti confectionem decennium profuixit (cfr. Cod. Theod. IV, 4, c. 6; Cod. Iust. VI, 23, c. 27); infirmitur testamentum 'nota testium', si inter testes rogatos intestabiles personae erant (cfr. Cod. Theod. VI, 23, c. 21; D. XXVIII, 1, l. 26). Fortasse legendum est numerum pro nota, cfr. Cod. Iust. VI, 23, c. 21; Valent. III. Novell. tit. 20, c. 2, 40 § 1; infra tit. 45, 2. 3) Cfr. Valent. III. Novell. tit. 34, c. u., § 12: Ceterum alia intra expressa metarum suarum censem spatia contineri. 4) Cfr. Cod. Theod. II, 19, c. 5; II, 20, c. 1. 5) Cfr. supra tit. 10, 3; infra tit. 45, 5. 7. 6) Cfr. Cod. Hermog. tit. 1; Cod. Iust. IV, 30, c. 14 pr. 7) Cfr. supra tit. 17, 2. 3. 8) Constitutio laudata non extat, neque inter fragmenta Codicis Theod. tit. (II, 33): De usuris, neque in L. Rom. Visig.; cfr. Ed. Theoder. 134: Amittat sortem debiti creditor, qui ultra 45 legitimam centesimam crediderit a debitore poscendum. Cod. Theod. II, 33, c. 1. (a. 325.): . . Pro pecunia ultra singulas centesimas creditor vetatur accipere; c. 4 (a. 405.), interpr.: Senatores, qui pecuniam ad centesimam praestare voluerint, non amplius usurae nomine quam medietatem legitimae centesimae a debitoribus suis accipiant (const.: . . vel iure stipulari vel poscere . .), nec amplius ut caveant aut se cautione constringant . . forte cogantur; nam si ab eis amplius fuerit requisitum, 50 sciunt se senatores hoc quod commodaverint perdituros.

[5.] Intra annum criminalem questionem et proponi et debere finire, secundum legem novellam<sup>1</sup> vel diversorum auctorum constitutiones, quae sunt per titulos superius indicatae<sup>2</sup>.

Titulus XXXII. De<sup>3</sup> falsariis et falsis testibus.

<sup>5</sup> [1.] Falsarios pro magnitudine criminis arbitrio iudicis aut multari aut deportari in exilio constitutum est<sup>4</sup>.

[2.] Hoc etiam de illis, qui obiectam falsitatem probare non potuerint, observandum, secundum legem Theodosiani, quae de falsariis ad legem Corneliam data est<sup>5</sup>.

Titulus XXXIII. De<sup>6</sup> interpellationibus et appellationibus.

<sup>10</sup> [1.] Actorem<sup>7</sup> cuiuscumque negotii, id est petitem, iudicem suum interpellare debere, nec eum, qui pulsandus est, longius trahere; et pulsatus in eius audientia respondeat, ad cuius sententiam convenitur; sic tamen, si in eius territoriis possessor esse cognoscitur. Quod si in eius territorio nihil possedit, tum demum a pulsati iudice audiantur<sup>8</sup>.

<sup>15</sup> [2.] Quod si audientie tempore<sup>9</sup> quaelibet pars appellans ad principem provocare deliberat, iudicare iudices non praesumant.

[3.] Appellationis sane tempora haec sunt, ut pendente sententia quisque appel-

1 criminale A 4. 5. proponet deberit A 1; proponi et debere A 2; proponi debere (debere A 5) et A 4. 5. ||  
 2 auctorum] titulus *add.*, *rel. om.*, A 2. constitutionis qui A 4. 5. titulus A 1; titulo A 4. 5. ||  
<sup>20</sup> 3 indicata A 1. 4. 5. || 4 *Estat hic titulus in A 1 (sine numero et rubrica).* 2. 4 (T. XXX). 5. || 5 Falsarius  
 A 2. Falsarios — iudicis *om.* A 4. 5, *Cuiac.* . . . itudinem crimines A 1. || 7 Hoc] Heres A 4. 5. etiam] et  
*add.* A 2. obiecta A 2; obiectas A 4. falsitate A 2. probatis A 4. 5. || 8 qua A 4. 5. lege, *om.* ad,  
 A 4. 5, *Cuiac.* Corniliam A 1; Cornilia A 4. 5. || 9 *Estat hic titulus in A 1 (sine rubrica et numero),* A 2. 4  
 (T. XXXI). 5. et *om.* A 2. appellationibus *om.* A 2; appellatione A 4, *Cuiac.* || 10 Auctorem A 2. 4;  
<sup>25</sup> Autorem A 5. cuiusque A 4. 5. negocii A 5. iudicem *om.* A 4. 5; adversarium *Cuiac.* || 11 debere  
 A 1. falsandus A 4. 5. trahere A 4; trahere A 5. et *om.* A 2. in] de A 4. 5; sub *Cuiac.* || 12 sintentam  
 A 1. sic] si A 2. si *om.* A 2. eius *om.* A 2. terreturiis A 2; territoriis A 4; territorio is *Cuiac.* ||  
 13 cognoscitur A 2. 5. Quod] Quam A 4. 5. nihil] non A 4. 5, *Cuiac.* possidet A 4, *Cuiac.* tum] etiam  
 A 4. 5. dimum A 1. a *om.* *Cuiac.*; ad A 2. pulsatus a A 4. 5. || 14 iudicem *Cuiac.* audiantur] auctor  
<sup>30</sup> A 4; actor adeat *Cuiac.* || 15 tempus A 1. quamlibet A 4. 5. appellans *om.* *Cuiac.*; appellans A 4;  
 appellans A 5. a A 4. provocare] appellare A 1. || 16 iudicare A 1; a iudicare A 4; abiudicare *Cuiac.*  
 iudicis A 2; iudices A 1. || 17 Appellationes sana A 1. ut *om.* A 4. 5, *Cuiac.* pen . . . tes A 1; pendentem  
 A 2; petente A 4; prolata *Cuiac.* quisque A 4. 5; quisquis *Cuiac.*

1) *Haec novella lex non servata est.* 2) *Indicatur Cod. Theod. IX, 36, rubr.: Ut intra annum*  
<sup>35</sup> *criminalis actio (al. codd.: quaestio; sic etiam Cod. Inst. IX, 44, rubr.) terminetur. Cfr. Cod. Theod.*  
*IX, 36, c. 1 (a. 385.), interpr.: . . . Intra annum peragat propositam actionem; c. 2 (a. 409.), interpr.: . . . Ut*  
*haec actio intra anni curriculum finiatur.* 3) *Cfr. Lib. const. tit. 80: De testibus falsa referentibus*  
*et calumniantibus.* 4) *Cfr. Cod. Theod. IX, 19: Ad legem Corneliam de falso, c. 2 (a. 325., a com-*  
*pilatoribus Legis Rom. Visig. non recepta): . . . Capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo*  
<sup>40</sup> *commissi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente; Pauli Sent. rec. V, 25, 2.* 5) *Cfr.*  
*Cod. Theod. IX, 19, c. 4 (a. 376.): . . . Qui obiecta (interpr.: . . . de obiectione falsitatis) non pro-*  
*baverit, sumat propositum . . . supplicium.* 6) *Cfr. Lib. const. tit. 81: De interpellationibus apud*  
*iudicem futuris; Ed. Theoder. 25. 55. 139.* 7) *Cfr. Martiani Novell. tit. 1: Neminem exhiberi de*  
<sup>45</sup> *provincia ad comitatum nisi ad relationem iudicis, a quo fuerit appellatum, c. un. (a. 450.), interpr.: Si*  
*quis adversarium suum . . . pulsaverit, in provincia in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exserat*  
*actiones, nec . . . longius ad iudicium pertrahendum; illi vero, qui pulsatus fuerit, . . . liceat appellare . . . ;*  
*actor rei forum sequatur (const. § 7: . . . longinquis partibus trahi sed in locis apud competentem iudicem*  
*pulsari; . . . cuius ex interpellatione . . .); Cod. Theod. II, 1, c. 4 (a. 364.) et interpr. h. c.* 8) *Cfr.*  
*Pauli Sent. rec. V, 32; Sohm, Die fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung (1871), p. 297 sqq.* 9) *Cfr.*  
<sup>50</sup> *supra tit. 30, 3.*

lare voluerit, intra dies quinque per libellos, id est data petitione, appellat, contestans, se ad audientiam principis provocare<sup>1</sup>.

[4.] Ceterum<sup>2</sup> praesentibus partibus secundum leges data et relecta sententia postea non poterit revocare.

[5.] Iudici quoque neque suam neque alienam sententiam liceat refragare, quia<sup>3</sup> haec discussio soli principi reservatur<sup>3</sup>; quia legum est, litigia sententiis vel transactionibus terminata non posse iterum revocare<sup>4</sup>.

#### Titulus XXXIV. De<sup>5</sup> rebus agnitis.

[1.] Qui res proprias agnoscit, nec est qui eidem manus tollat<sup>6</sup> aut aliquid cautionis opponat, res suas praesumendi habeat liberam potestatem. 10

[2.] Quas si postmodum male aut agnovisse aut praesumpsisse convincitur, res male praesumptas dupli satisfactione restituat.

#### Titulus XXXV. De<sup>7</sup> vinditionibus.

[1.] De<sup>8</sup> vindendis et emendis contractibus hic ordo servandus est, ut quisque rem iuris sui<sup>9</sup> vindiderit, repetendi eam postea non habeat potestatem. 15

[2.] Vinditionem vero ex hoc maxime ius firmitatis accipere, si traditione celebrata possessio fuerit subsecuta; si vero post possessionem dierum aut mensium praecaria fuerit subsecuta, ut ille iterum rem videatur possidere, qui vindedit, documenti professio firmitatem praecariae possessionis obtineat<sup>10</sup>.

1 libellus A 1; libellus A 2. 4. 5. id om. A 4. 5. est om. A 1. 4. 5. per datam A 2. petitionem A 2; petitione A 1. appellet Cuiac.; appellit A 2. || 2 ad om. A 1. audientia A 1. 4. 5. principes A 4; princeps A 1. || 3 partibus om. A 4. 5, Cuiac. legis A 4. 5. relecta A 1; selicta A 2. sententiam A 4. 5. || 4 potest Cuiac. revocari A 4. 5; provocare A 2. || 5 Iudicii A 1. quoque suam, om. neque, A 2. sententia liceat A 1. refragari A 4. 5, Cuiac. || 6 soli] suli A 2. princepe A 1. quia — revocare om. Cuiac. a. est] et A 4. 5, om. Cuiac. b. litigia A 1. vel transactionibus] actionibus 25 A 4; haccionibus A 5; ac pactionibus Cuiac. b. || 7 iterum non posse (possunt Cuiac. b.) A 4. 5, Cuiac. revocari A 4. 5; terminari Cuiac. b. || 8 Extat hic titulus in A 1 (sine numero et rubrica). 2. 4. (T. XXXII) 5. In margine A 5: Hic require, qui res suas agnoscit. agnis A 4. || 9 Qui] Si A 4. 5; Si quis Cuiac. agnoscit A 4. nec] necesse A 1; et nec A 2. est qui eidem] est qui ei de A 2, Bluhme; eius, rel. om., A 4, Cuiac.; ei qui A 5. manus] man . . A 1; mano A 2; manu Bluhme. tollat om. A 1. 4. 5, Cuiac. 30 aliquas A 2. || 10 causationes A 1. 2; cautionis A 4. 5, Cuiac. ad res A 4. 5. habiat decit A 1. libera potestate A 4. 5. || 11 Quas] Qua A 4; Quod Cuiac. male agnovisset, om. aut, A 4. 5, Cuiac. praesumptis A 2. || 12 dublis A 2; dupla A 4. 5, Cuiac. || 13 Extat hic titulus in A 1 (sine numero et rubrica; desunt etiam §§ 5. 6.). 2. 4 (T. XXXIII). 5. In margine A 5: Hic require de vindicionibus; cfr. glossam titulo sequenti adscriptam. vindicione A 4; vindicionibus A 5; venditione Cuiac. || 14 In 35 emendis et vindendis (vindendi A 5) A 2. 5; In emendi sed (et Cuiac.) vendendi A 4, Cuiac. est om. A 2. quisque] si quis A 2; qui Cuiac. || 15 rei iures, om. sui, A 1. repetendi A 5. nunquam A 2. habiat A 1; habeant A 5. facultatem A 4. 5, Cuiac. || 16 Vinditione A 2. maxime ius] maximae eius A 1. firmitates A 1. 2. || 17 si vero — subsecuta om. A 4. 5, Cuiac. || 18 illi A 2. iterum om. A 2. rem om. A 4. 5, Cuiac. possedere A 2. vindidit A 5. || 19 firmitate A 2; et firmitate A 1. praecari A 4. 5. 40 obtineat A 4, Cuiac; opponat A 1.

1) Cfr. Pauli Sent. rec. V, 35, 1, interpr.: ... Nec in ... revocandis sententiis liberum habere arbitrium videantur, et tempora appellationis et poenae constitutae sunt: ut quicumque ... appellare et ad alium iudicem provocare voluerit, intra quinque dies appellet; ... dies quo accepit literas...

2) Cfr. Cod. Theod. IV, 17: De sententiis ex periculo recitandis, c. 2. 4. 5; Const. extrav. 2. 21, 11. 45

3) Ex fonte incerto; perperam Bluhme ad Theod. II. Novell. tit. 13 remittit. 4) Cfr. Cod. Theod. II, 9:

De pactis et transactionibus, c. 1 (a. 319.): Litigia sententiis vel transactionibus terminata non sinimus restaurari.

5) Cfr. Lib. const. tit. 83: De his, qui apud alios res suas agnoscunt, unde hic titulus receptus est; Sohm, Process p. 92. 6) Cfr. Lib. const. tit. 8, 2. 7) Cfr. Lib. const. tit. 84: De venditione

terarum; Const. extrav. 11. 8) Cfr. Cod. Theod. III, 1: De contrahenda emptione c. 1. 4. 7. 9) Cfr. 50

Cod. Iust. IV, 51, 2. 10) Ex fonte incognito; cfr. Brunner, D. Rechtsgesch. I, p. 201, not. 34.

[3.] Quod si quis male vindedisserit fuerit adprobatus, empturi in duplum et meliorate rei teneatur obnoxius; fructus enim male fidei possessor post conventionem duplus. ante simblus ex lege praestabit<sup>1</sup>, secundum legem Theodosiani<sup>2</sup> vel sententias Pauli<sup>3</sup>.

[4.] Res vero, quae repetuntur, aut de quibus iam actio processit, aut de quibus litigatur, nec vindi nec donari possunt<sup>4</sup>, nisi forte ut dominus aut procurator litis quicumque per mandatum fuerit institutus, [secundum legem Theodosiani: De cognitoribus et procuratoribus]<sup>5</sup>.

[5.] Sciendum etiam, quod facta qualiterlibet commutatio vicem obtinet emptionis<sup>6</sup>.

[6.] Arra pro quibuscumque rebus a vindetore accepta ab eo qui emit, vinditionem perfectam esse; precium tamen postmodum emptor vinditori impleturus, si aut inter ipsos convenerit aut virorum bonorum estimatione consteterit, secundum speciem Pauli<sup>7</sup>.

#### Tit. XXXVI. De<sup>8</sup> tutillis minorum.

[1.] Tutores legitimi agnati sunt, id est per virilem sexum a paterna linea venientes<sup>9</sup>, qui ad tutillam post quintum decimum\* actatis annum<sup>10</sup> vocantur; hoc est: fratres primum, patrum, fratres patruelis, patrum magni, hoc est avi paterni fratres, vel

\*) quartum decimum A 4. 5, *Cuiac.*

1 male *om. Cuiac.*; vel A 4. 5. emptori A 4, *Cuiac.* et *om. A 2, Cuiac.* || 2 post conventionem A 5; ante conventionem, *om. post, Cuiac.* duplus *om. A 4. 5, Cuiac.* || 3 ex *om. A 2; a A 4; ad A 5.* legibus A 2. praestavit A 1. 2. sententiam A 4. 5. || 4 petuntur A 1. aut de quibus] aut quidam A 4; aut quidem A 5; ut si quaedam *Cuiac.* iam *solus A 2.* praecessit A 1. 4. aut de] ut de A 4. 5, *Cuiac.* || 5 vindi A 1. 4. donare A 2; dari A 4. forte aut A 1. 2. aut *om. A 4. 5, Cuiac.* procuratur lites A 1; provocatur litis A 4. || 6 quaecumque A 4. 5. || 7 secundum — procuratoribus *desunt A 1; in fine § 5. praebent A 2. 4. 5; monente Barkow hac transposita.* || 8 etiam] est *add. A 5 Cuiac.* factum id A 4. 5. et commutatio A 2. obtineat A 4. 5. || 9 Arras A 5; Arras A 4. per A 2. qualibet cum (qualibetcumque A 5) res A 4. 5, qualibet re *Cuiac.* ad vindetore A 5; a vindere A 4. accepta] suscepta A 4. 5, *Cuiac.* ab eo qui emit] ab eius quem emit A 4; ab eius que emit A 5. vinditione A 2. || 10 profectum A 2; profectam A 4. ab emptore *Cuiac.* imptur vindituri A 2. impletur A 4. 5, *Cuiac.* si aut] de quo *Cuiac.* || 11 verborum A 4. 5. estimationem A 2. constiterit A 4. 5. especiem A 5; sententiam *Cuiac.* || 13 *Exstat hic titulus in A 2. 4 (T. XXXIV) 5. et pro parte in A 1 (sine numero et rubrica); in A 5 hoc loco nota marginalis ad § 4. praecedentis tituli spectans legitur:* Hic require, qui res qui in contentione sunt non comparare. minorum in contextum recepit A 2. || 14 Tutores A 1; Tutoris A 2. 4. 5. haerenti A 5. sexu A 4. linea venientis A 4. || 15 quia, *om. ad, A 1. 2.* tutellam A 1. aetates A 1. 2. hoc est *om. A 1; heredes est A 4. 5.* || 16 fratres] fratris A 4. 5. 30 patrum fratres *om. A 4. 5, Cuiac.* patruellis A 5. patrum magni *om. A 1; patrum, om. magni, Cuiac.* hoc] id *Cuiac.* avi *om. Cuiac.*; qui A 4. 5. paterni] patris *Cuiac.* fratris A 4. 5.

1) *Cfr. supra tit. 8, 4.* 2) *Cfr. Cod. Theod. IV, 18, c. 1 (supra p. 131, not. 5).* 3) *Cfr. Pauli Sent. rec. II, 17, 2. 3; V, 9, 2.* 4) *Cfr. Cod. Theod. IV, 5: De litigiosis, c. n. (n. 311.) et interpr. h. c.: Res quae proposita actione repetitur, transferri . . nullis contractibus potest.* 5) *Cfr. Cod. Theod. II, 12: De cognitoribus, c. 1, (a. 363.), interpr. — K. Zeumer monet haec: 'Auctor dicere vult, rem litigiosam non posse alienari nisi procuratori inde in rem suam instituto. Est enim mandati procuratori in rem suam instituendo dati formula: "dominum et procuratorem te instituo"; cfr. L. Rom. Vis. C. Theod. II, 12, 1. 7; Pauli Sent. II, 2, 2. 3; quibus locis interpretatio cum ipsis constitutionibus et sententiis conferenda est. Mandatum, per quod "dominus et procurator" instituitur in interpr. ad C. Theod. II, 12, 1* 40 *dicitur: mandatum ad vicem donationis factum. Eiusmodi mandata constant: Carta ap. Marini, Papiri nr. 86 (= Spangenberg, Tabulae nr. 31, p. 184); Form. Arc. 2 a, p. 29; Form. Tur. 20, p. 146'. 6) Cfr. Cod. Iust. IV, 64, c. 2: Permutationem . . vicem emptionis obtinere; Valent. III. Novell. tit. 31 (a. 451.). § 5: Commutatione, quae instar obtinet emptionis. 7) *Liber deperditus; cfr. Pauli Sent. rec. II, 17; Gai Instit. III, 139. 140.* 8) *Cfr. Lib. const. tit. 85. 59. 87. Cfr. supra tit. 22, 6; 26.* 9) *Cfr. supra tit. 10, 6. 9.* 10) *Cfr. Cod. Theod. IV, 14, c. 1, interpr.**

fili eorum, per virilem sexum, ut dictum est, venientes<sup>1</sup>; quibus omnino mater, si tutelam suscipere voluerit, licito et iure praepositur<sup>2</sup>.

[2.] Sciendum tamen, quod agnati\*, sicut ad successionem, sic ad tutillam vocantur\*\*<sup>3</sup>.

[3.] Pupilli vero post impletum quartum decimum annum curatores sibi ipsi petere debebunt, puelle vero impleto duodecimo anno curatores sibi ipse petant, quia tutor usque ad illud tempus rationem administrare tutillae debet; qua ratione completa, pupillus sub curatore positus facultatem suam gubernare debebit<sup>4</sup>.

[4.] Si vero mater tutorem filio intra annum non petat, et ad secundas nuptias transeat aut forte non transeat, successionem filii, qui intra pubertatem moritur, pro culpa non petiti tutoris amittit; quae agnatis, vel si hi defuerint, cognatis, qui ad successionem iure veniunt, adquiratur. Secundi vero mariti bona praeteritae tutillae ratione teneantur obnoxia, secundum legem novellam: De tutoribus pupillis nominandis<sup>5</sup>.

[5.] Tutillae vero actionem ab exordio debeti curatoris usque ad XXX.\*\*\* pupilli aetatis annum, id est per annos XVI†, de his annis, quibus tutillam gessit, ad tutorem esse reddendam<sup>6</sup>.

\*) cognati A 5; cogniti A 4; cognatos *Cuiac.* \*\*) non vocantur A 4. 5; non vocari *Cuiac.*  
 \*\*\*\*) vicensimo A 2. †) annus XV A 2.

1 venientis A 4. omnibus A 4. 5; hominibus A 2. mater] maternis A 5. si om. A 2. ||  
 2 tutilla A 2. licitum et, om. iure, A 1. et om. *Cuiac.* proponitur A 4. 5; praeponeatur *Cuiac.* || 20  
 3 quod] est *Cuiac.*; quae A 4. 5. || 5 post] per A 4. 5 curatoris A 2. 4. 5. sibi] sive A 4. 5. || 6 petere]  
 patere A 4; pertineri A 5. debebunt *ultimum est verbum cod. A 1.* puelle] pupillae A 4. 5, *Cuiac.* impletum  
 duodecimum annum A 2. curatores om. A 4. 5, *Cuiac.* sibi ipsi A 4. 5. || 7 illum A 4. rationem ad-  
 ministrare *ex emend. Cuiac.*; ratione administrat A 2. 5; ratione administrant A 4. tutillae debet] et ut ille  
 debet A 2. || 8 sub] per A 4. 5, *Cuiac.* positus om. *Cuiac.* per facultatem A 4. || 9 tutore A 5. 25  
 filium A 4. 5. non om. A 4. 5. || 10 successione A 2. filii sui, om. qui, A 4. 5; filii si, om. qui, *Cuiac.*  
 pubertate A 4. 5. moriatur *Cuiac.* || 11 culpa petito, om. non, A 4. 5. admittat A 4; admitti ad A 5;  
 amittat *Cuiac.* quae] qui A 4. 5; et *Cuiac.* agnatis A 5. si id fuerint A 5 || 12 successione A 2.  
 iuris A 4. 5, *Cuiac.* adquiratur] deferantur *Cuiac.* Secundum A 2. || 13 teneatur A 2. 4. 5. ob-  
 noxius A 2. || 14 Tutilla A 2. actione A 2. 4, *Cuiac.*; haecionem A 5; rationem *ex coniect. Bluhme.* 30  
 debiti A 4. 5; dati *sive* dativi *coniecit Bluhme*; petiti *Cuiac.* pupilli om. *Cuiac.*; pupille A 5. || 15 aetates  
 A 2. de his om. *Cuiac.* annis om. A 2, *Cuiac.* quibus] qui *Cuiac.* gesserunt A 4, *Cuiac.* ad] = *adversus*;  
 om. A 4, *Cuiac.*; a A 2, *Bluhme* tutore A 5, *Bluhme*; ratiore A 4; rationem *Cuiac.* || 16 esse om.  
*Cuiac.*; est A 4. 5. reddendum A 4. 5; reddere coguntur *Cuiac.*

1) *Cfr. Gai I, 155. 156: Agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi (L. Rom. Visig. Gai Epit. 35*  
*I, 7: Tutores .. legitimi sunt); sunt autem agnati per virilis sexus personas .. iuncti .. veluti: frater ..*  
*patruus et patrum filius et nepos ex eo. 2) Cfr. Libr. const. tit. 85, 1; Cod. Theod. III, 17: De*  
*tutoribus et curatoribus creandis, c. 4 (a. 390.), interpr.: Mulieres (const. Matres) .. si ipsae voluerint*  
*tutelam suscipere filiorum; L. Visig. IV, 3, 3. 3) Cfr. Gai Instit. I, 165: Lex .. agnatos, quos*  
*ad hereditatem vocavit, eosdem et tutores iusserat; L. Rom. Visig. Gai Epit. I, 7, 1; supra tit. 10. 28. 40*  
*4) Ex fonte deperditio; cfr. L. Rom. Visig. Gai Epit. I, 8; Cod. Iust. V, 31, c. 6. 5) Cfr. Theod. II.*  
*Novell. tit. 11: De tutoribus, c. u. (a. 439.): Sciant ... qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si*  
*defuncto eius patre tutorem ei ... non petierint intra annum, omnem eis ... successionem eius, si*  
*impubes moritur, denegandam; idemque observari volumus, et si mater ... ad secundas ... ad-*  
*spiraverit nuptias ...; quod si ... secundo se marito crediderit copulandam, mariti quoque eius 45*  
*praeteritae tutelae ratiociniis bona iure pignoris tenebuntur obnoxia; interpr. h. c.: Si mater .. ad*  
*alias nuptias ... transierit, ... non solum eius bona ... filiis teneantur obnoxia, verum etiam secundi*  
*mariti, ... donec omne debitum, quod ratio tutelae invenerit, suppleatur ... Si filio impuberi, id est*  
*infra annum quartum decimum, hae personae, quae ei defuncto possunt ... succedere, si non ... petierint*  
*tutorem, ... ab eius successione habeantur extranei, illis ... profutura successione, qui ... defuncto 50*  
*cognitionis gradu inveniuntur esse propinqui. 6) Cfr. Lib. const. tit. 87, 2; Cod. Theod. II, 16,*  
*c. 2; Valent. III. Novell. tit. 34, § 13; Cod. Iust. V, 74, c. 3.*

[6.] Tutores etiam, si legitimi inveniuntur, taliter excusantur: hoc est, si quattuor masculos filios habeat<sup>1</sup>, si morbo perpeti et insanabili teneatur ac si furiosus aut mente insanus agnoscitur<sup>2</sup>; aetatis etiam sexagenariae ab his oneribus excusantur<sup>3</sup>. Tres quoque tutillae sic liberant, ut [ad] quartam, etiam si evenerit, non vocetur<sup>4</sup>.

[7.] Praeterea lapsis et circumscriptis pupillis integri restitutio subvenit, ut de nominatis rebus petita integri restitutione, quae male aut circumscripturiae in praedictum suum acta sunt, vacentur<sup>5</sup>.

[8.] Quae restitutio ita futura est, ut impleto vicinissimo quinto anno, cum vicinissimo sexto aetatis anno ingreditur, evocatis ante defensorem<sup>6</sup> testibus, qui aetatem eius noverint, annos suos professione<sup>7</sup> aut relationibus testium probet, ibique profiteatur, adversum quas causas vel quas personas integri restitutionis petat auxilium. Quod si quemquam praetermiserit, ut eum in restitutionis prosecutione non nominet, ei contra illum, quem non nominaverit, actio non patebit<sup>8</sup>.

[9.] Quae restitutio usque ad finem anni vicinissimi octavi concessa est<sup>9</sup>; post quos annos minoribus ad agendum quinquennii beneficium principale constat adiectum, secundum legem novellam<sup>10</sup>.

### Titulus XXXVII. De<sup>11</sup> nuptiis legitimis sive naturalibus filiis.

[1.] Nuptiae legitimae contrahuntur, si conventu parentum aut ingenuorum virorum intercurrente nuptiali donatione legitime celebrentur.

[2.] Quod si pares fuerint honestate persone, consensus perficit nuptias: sic

1 tutoris A 2. 4. 5. qualiter A 4. 5, om. Cuiac. excurantur A 2. hoc est om. Cuiac.; hae res est A 4. 5. || 2 masculus A 2. 4. 5. filius A 2. 5. habeant Cuiac. perpeti] perpetuo Cuiac. a. insanabili] exsaciabili A 4; insatiabili A 5; sontico Cuiac. teneantur Cuiac. ac] haeres A 4. 5; ut Cuiac. curiosus A 4; furiosi Cuiac. || 3 mente in mente A 4. insani Cuiac. agnoscitur A 4; agnoscantur Cuiac. aetates A 2. beneficio sexagenarii Cuiac.; exaginare A 4; exagenarie A 5. ab honoribus, om. his, A 2. || 4 ad suppl. Cuiac. vocentur Cuiac. || 5 Propterea A 4. subvenit om. A 4. 5; datur Cuiac. de om. A 4. 5, Cuiac. || 6 in integrae A 2. restitutionem A 5. quae male] quem aliqua male A 5; quam male quem male A 4. aut] ad A 5; vel A 4; ac Cuiac. || 8 anno om. A 4. 5, Cuiac. et cum A 4, Cuiac. || 9 aetatis om. A 4. 5; aetates A 2. annus A 2; annum Cuiac. evocatus A 4, Cuiac. || 10 noverunt A 4. annus suus A 2; annus (amos A 4) sepius A 4. 5; annos suos prius Cuiac. professionem A 2. probet ex emend.; prohibet A 2; prohibet A 4; prohibet A 5. quae profiteantur A 4. || 11 in integri A 2. restitutione A 4. 5; restitutionem Cuiac. petat — prosecutione om. A 4. 5, Cuiac. || 12 non om. Cuiac. nomenit A 2. || 13 eique A 4, Cuiac. patuit A 2. || 14 annorum Cuiac. annos (annus A 5) XXVIII concessam esse pro quos A 4. 5. || 15 annus A 2. 5. ad om. A 4. 5. quinquennium A 2. 4, Cuiac. beneficio Cuiac. principalitate deiectum, om. constat, A 4. 5; principali delatum est, om. constat, Cuiac. || 17 Extat hic titulus in A 2. 4 (T. XXXV). 5. De filiis legitimis sive naturalibus, om. nuptiis, A 4, Cuiac. || 18 Filius praemittit A 2. conventu ex emend. Cuiac., conventum A 2. 4. 5. virorum om. A 2. || 19 intercurrentum A 2; intercurrenti A 5; intercurrenti A 4; interveniente Cuiac. nuptialis donationis A 2. celebrantur Cuiac. || 20 pares emendavit Boretius; pars A 2; parentes A 4, Cuiac.; parentis A 5. fuerint] defuerint A 4. 5, Cuiac. honeste A 4. 5; honestatem A 2; honestarum Cuiac. personarum Cuiac. consensus A 2; consensu A 4. 5. perfici A 2. 5. si, om. ut, Cuiac.

1) Cfr. Cod. Iust. V, 66, c. 1 (a. 203.); Fragm. Iuris Rom. Vatic. 191. 192. 247; D. XXVII, 1, l. 2, 7.

2) Fragm. Iuris Rom. Vatic. 129. 238; Cod. Iust. V, 68. 3) Cod. Iust. V, 67; D. XXVII, 1, l. 2, pr.

4) Fragm. Iuris Rom. Vatic. 125. 128. 5) Cfr. D. IV, 1, l. 1; IV, 4, l. 24, 1. 6) Cfr. supra tit. 22, 4.

7) De natali professione tabulis publicis inserta, cfr. Cod. Iust. II, 42, c. 1. 3; II, 44, c. 2; IV, 21, c. 6; VII, 16, c. 15. 8) Cfr. Cod. Iust. II, 43, l. 3. 9) Cfr. Cod. Theod. II, 16; De integri restitutione, c. 2

(a. 329.), interpr.: Iustum videtur, ut post (const. add.: completum) XXV. annum, ubi XXVI. annus fuerit ingressus, deposita apud iudicem contestatione petat integra . . . restitui; . . . usque ad XXXVIII. annum . . . esse concessum . . .

10) Cfr. Valent. III. Novell. tit. 34 (a. 452.), § 13; cfr. interpr. et Epit. Aegid.; Ed. Theoder. 12. 11) Cfr. Cod. Theod. III, 7 rubr.: De nuptiis; IV, 6, rubr.: De naturalibus filiis et matribus eorum.



tamen, ut nuptialis donatio sollempniter celebretur: aliter filii exinde nati legitimorum locum obtinere non poterint<sup>1</sup>, et fit in hac hereditate successioni locus his, qui ab intestato per agnationem, ac si agnatio defuerit, per cognationem forte succedunt<sup>2</sup>.

[3.] Naturales sane, si ex ancilla nati fuerint et non manumittuntur a domino, inter hereditaria mancipia computantur<sup>3</sup>.

[4.] Quod si aut de ingenua fuerint naturales aut de liberta aut certe libertina, ultra sescunciam matri cum naturalibus filiis dari amplius non licebit, hac ratione, ut donatio nuptialis in hereditatis subputatione non veniat; sed de eo, quod supra donationem nuptialem fuerit, inde sescuncia deputata naturalibus iure debetur. Quod si aliquid ultra aut per donationem aut per testamentum aut per suppositam quamcumque personam illis fuerit derelictum, ab herede legitimo legibus revocetur<sup>4</sup>, secundum legem Theodosiani, quae de naturalibus filiis et matribus eorum lata est<sup>5</sup>.

[5.] Inter ingenuum vero et ancillam, sive servum et ingenuam, sicut consensus contubernia facere possunt, ita nuptiae non vocantur<sup>6</sup>, et qui ex his nati fuerint, deteriorem lineam secuti dominis adquiruntur<sup>7</sup>.

1 solemniter A 2. aliter] quas nuptias A 4. 5; alioquin *Cuiac.* inde A 4. 5, *Cuiac.* || 2 obtineri A 2. poterint A 4. 5. fiat A 2; erit *Cuiac.* hac om. A 4. 5, *Cuiac.* successioni *ex emend. Cuiac.*; successione A 2. 4. 5. qui] quem A 4. 5. ab intestato A 2. || 3 agnatione A 4; hancitione A 5. ac si -- cognationem om. A 2. ac] vel *Cuiac.* agnatio A 4. per cognatione A 4. 5. || 4 Naturalis A 2. 4. 5. || 6 Quod] Que A 4. 5. de om. A 4. 5; ex *Cuiac.* ingenuam A 4. 5. naturalis A 2. 5. 20 de] ex *Cuiac.* libertina] sic *Cuiac.*; liberti *codd.* || 7 ultra sescunciam *ex emendat. Boretii, cfr. p. 155, l. 25*; ultra excuncia A 2; ūltranscuncia A 5; ul . . uncia A 4; ultra tres uncias *Cuiac.* dare A 4. || 8 nuptiales A 2. hereditates A 2. 4. subpotatione A 2; suppotationis A 4; subputationis A 5; supputationem *Cuiac.* de eo] ea *Cuiac.* quod] quae A 4, *Cuiac.* supra om. *Cuiac.* donatione nuptiali A 4, *Cuiac.*; donationem nuptialis A 5. || 9 fuerint *Cuiac.* inde sescuncia] inde excuncia A 2; indiscuncia A 25 A 4; indiscuncia A 5; supra tres uncias *Cuiac.* depotata A 2. 4. debitor A 4; debebitor A 5; debeantur *Cuiac.* Quod] Quae A 4. || 10 donatione A 5. hac testamento, om. aut per, A 4. 5. aut suppositam, om. per, A 2. quaecumque A 4; quemcumque A 5. || 11 illi A 4. 5. fuerint derelicta *Cuiac.* revocetur om. A 2. || 12 quae om. *Cuiac.* est om. A 4. 5, *Cuiac.* latam *Cuiac.* || 13 Inter ingenuum — ingenuam] Si colligatus (Si inter collegiatum *Cuiac.*) sive servum et inter (om. *Cuiac.*) ingenuam A 4. 5, *Cuiac.* sive] si A 2. sicut om. *Cuiac.* consensu A 4; *Cuiac. b*; consensum A 5. || 14 contubernii A 4. 5; contubernium initum *Cuiac.* facere] fuerit *Cuiac.* possunt om. *Cuiac.*; poterit A 4. ita om. *Cuiac.* his] ipsis A 4. 5, *Cuiac.*

1) *Cfr. Cod. Theod. III, 7, c. 3 (a. 428):* Si donationum ante nuptias vel dotis instrumenta defuerint . . aliaque nuptiarum celebritas omittatur (*interp.*: dos celebrari non possit), nullus aestimet, 35 ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, si inter pares honestate personas . . fiat consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur (*interp.*: sufficiet . . consensus . . et filii legitimi probabuntur). 2) *Cfr. supra tit. 10. 28.* 3) *Cfr. Cod. Theod. IV, 6, c. 7, a compileribus Legis Rom. Visig. non recepta.* 4) *Cfr. Cod. Theod. IV, 6, c. 3 (a. 336.), a compileribus Legis Rom. Visig. non recepta:* Si ex ancilla . . vel liberta 40 vel libertae filia . . susceptos filios . . : quicquid talibus liberis pater donaverit, . . totum retractum legitimae soboli reddatur . . Sive itaque per ipsum donatum est . . . vel per alium sive per suppositam personam . . . statim retractum reddatur. 5) *Inter fragmenta Codicis Theod. IV, 6 constitutio laudata non extat; ad eam tamen Theod. II. Novell. tit. 22, c. 1 (a. 443.), interp. his verbis delegat:* Si quis habuerit legitimos filios et naturales, id lex ista constituit, ut id observetur quod est 45 in Theodosiani corpore constitutum, hoc est: ut extantibus legitimis filiis octavam hereditatis naturalibus vel eorum matribus pater si voluerit derelinquat. *Haec constitutio postea (sed non ut Bluhme perperam putat constitutione a. 428, Cod. Theod. IV, 6, c. 8) abolita esse videtur; cfr. Cod. Iust. V, 27, c. 2; Cod. Theod. IV, 6, c. 4; Fragm. Visig. (Gaudenzi) 9. Cfr. Gaudenzi l. c. p. 29. 164; Schulin l. c. p. 238.* 6) *Cfr. Pauli Sent. rec. II, 19, 6:* De nuptiis inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest, 50 contubernium potest. 7) *Est regula iuris Germanici; cfr. Cod. Theod. IV, 8, c. 7 (a. 331.), interp.*: . . Si quis in libertate positus ancillam sibi copulaverit in coniugium, si filii ex ipsis natis fuerint origo

[6.] Sciendum etiam secundum legem novellam: Quisquis ingenuus colone aut ancille, quaeque ingenua servo aut colono se iunxerit, salva ingenuitate discedendi licentiam non habere, secundum legem novellam sub titulo: De advenis<sup>1</sup>.

Titulus XXXVIII. De<sup>2</sup> pactis et cessionibus\* haec forma servanda est.

5 [1.] Si quis maior aetate paciscitur, conditionibus pacti maneat obligatus: si tamen aut potestatis suae est, hoc est filius familias<sup>3</sup> non est, aut nullo metu aut imperio ad pacta venire compellitur, sed libera voluntate pactum inisse cognoscitur. Quod si placitorum ordinem adtemptet excedere aut nollit implere, ad solutionem poenae, manente pactum, cum emolumenti amissione tenendus est et infamiae maculam sustene-  
10 bit, secundum legem Theodosiani libro secundo sub titulo: De pactis et transactionibus<sup>4</sup>.

[2.] Sciendum tamen, quod si quis se vi et metu coactum ad pacta venisse causetur, intra annum probaturus huiusmodi et moveat et peragat actionem<sup>5</sup>: quo tempore praeterito nullam sibi neque de vi neque de metu suppeterere noverit actionem, secundum constitutionem Gregoriani<sup>6</sup>.

15 [3.] De successione viventum, nec de sua nec de aliena, quemquam pacisci posse, nec huiusmodi scripturam nomen pacti legibus vindicare, secundum legem Gregoriani et Hermogeniani<sup>7</sup>.

\*) transactionibus A 4.5, *Cuiac.*

1 Si quis *Cuiac.* colonam ancillam, *om.* aut, A 4.5; colonae ancillaeve *Cuiac.* || 2 quaeque] quae A 4;  
20 aut *Cuiac.* ingenuam A 5. servum A 2. colonove, *om.* aut, *Cuiac.* || 3 licentia A 4. habebit A 4.5. novella de advenis, *om.* sub titulo, A 2. || 4 *Ecce hic titulus in* A 2.4 (T. XXXVI). 5. hec fura serada, *om.* est, A 2; haec — est *ad contestum sumpsit Cuiac.* || 5 De pactis haec . . est *praemittit Cuiac.* maiore A 4.5. paciscitur A 2. || 6 hoc] haeres A 4.5. metum imperio, *om.* aut, A 4.5. || 7 pacta] peccata A 4. venire *om.* A 2. compellitur A 2. sed *om.* *Cuiac.* libera — cognoscitur *om.* A 4.5.  
25 *Cuiac.* || 8 Quod] Que A 4.5. placitum A 5. ordinationem A 4.5, *Cuiac.* adtemptet] aut timentit A 2; adtemptit A 4.5. ad solutionem A 2.4. poenae *om.* A 4.5. || 9 manentem A 5; contentae *Cuiac.* pacto *Cuiac.* cum] dum A 4.5. tenendus A 5. et *om.* A 2 || 10 libro *om.* *Cuiac.* secundo *om.* A 4, *Cuiac.* transactionibus] cessionibus A 2. || 11 quod] quam A 4.5. si quisquam *Cuiac.* se *om.* A 5. vi et *om.* *Cuiac.*; viac (scilicet A 5), *om.* et, A 4.5. metum A 5. coactus A 4;  
30 quohactus A 5. || 12 causatur A 2. huius A 2; huiusdem A 5. || 13 sibi neque] denique A 5, *Cuiac.* b; sibi divinus A 4; sibi, *om.* de vi, *Cuiac.* a. neque] deque *Cuiac.* suppeterere] debet A 4.5. || 15 De *om.* A 2. viventium *Cuiac.* nec de — quemquam] sua vel aliena neminem *Cuiac.* qq A 5. posset A 2. || 16 ne uisusmodi A 5. scriptura A 2. vindicari A 2. || 17 Hermogeniani A 5.

matrem sequatur; simili modo si liberta servum duxerit maritum, agnatio servum sequatur, quia ad  
35 inferiorem personam vadit origo; *Epit. L. Rom. Visig. Cod. Theod. XIV, 1 in Cod. Paris.* 10 743, *ed. Haenel p. 242, col. 3; Schroeder l. c. p. 294. 446; Koelme, Geschlechtsverbindungen der Unfreien in Gierke 'Untersuchungen z. Deutsch. Rechtsgesch.' XXII, p. 21 sqq.* 1) *Cfr. Valent. III. Novell. tit. 30 (a. 451.), §§ 5. 6, interpr.: Advenae ingenui, qui se colonae iungi voluerint alienae, . . gestis profiteantur, se de domo domini colonae . . nulla ratione discedere, et ingenuitate manente, nullam habeat,*  
